871
S2n.Ygr.f GRONOVIUS

NOTAE IN L. ANNAEI
SENECAE NATURALES
QUAESTIONES

Zu der

am 30. und 31. März abzuhaltenden

öffentlichen Prüfung

aller Klassen des Elisabet-Gymnasiums

und zu der damit verbundenen

Redeübung und Entlassung der Abiturienten am 1. April

ladet

die Beschützer, Gönner und Freunde des Gymnasiums und des Schulwesens überhaupt

ehrerbietigst ein

Karl Rudolph Fickert,

Rector zu St. Elisabet.

Inhalt:

1. Io. Fr. Gronovii Notae in L. Ann. Senecae Naturales Quaestiones. primus edidit C. R. Fickert. p. I.
2. Schulnachrichten von demselben.

Breslau 1846.

Gedruckt bei Grass, Barth und Comp.

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/notaeinlannaeise00gron

871
S2n.1/8037

IOANNIS FRIDERICI GRONOVII

NOTAE

IN L. ANNAEI SENECAE NATURALES QUAESTIONES.

E MANUSCRIPTO HAMBURGENSI

PRIMUS EDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

PARS PRIOR CONTINET NOTAS IN LIBROS TRES PRIORES.

UNIVERSITY OF
ILLINOIS LIBRARY
AT URBANA-CHAMPAIGN

Septimus est annus, cum Parisiis redux incidi in has Gronovii notas, quae ab Io. Christ. Wolfio olim e Batavia translatae nunc servantur in bibliotheca civitatis Hamburgensis (Intpp. auctt. XXIX. 4o.). Fieri autem non potuit, quin ipsum Gronovii nomen statim adverteret me atque iniiceret spem posse aliquid commodi ad meam Senecae editionem redundare ex illis viri egregii reliquiis. Itaque cum propter temporis angustias non illico licuisset transcribere librum, ut ad me mitteretur, paulo post impetravi a liberalitate Petersenii v. cl., qui est bibliothecae Hamburgensi praefectus. Tum intellexi hoc esse familiare interpretandi genus, quo solemus uti in scholis, neque ab ipso Gronovio notas conscriptas, sed ab eius quodam auditore esse calamo exceptas: ex cuius schedis descripsit homo Latinae linguae non satis peritus aut certe saepius alucinatus. Explicasse autem se privatis scholis Senecae Naturales Quaestiones prodit Gronovius in notis impressis ad l. II, 49, 3. (p. 304 sq.), ubi: „Cum privato auditorio, inquit, commisissem hos libros, ostenderemque subesse hic aliquid vitii; neque enim *dominum* dici, nisi qui invitasset; nec iratum diis haberi posse, qui eos, ut Higinus loquitur, adhospitaret sibi: adolescens egregius, quid si legamus, inquit, *irascentem?* Invenerat, quod quaerebamus“ etc.: atque pro certo habeo eas lectiones esse etiam repetitas. Quoniam vero pro eiusmodi scriptorum ratione offenderam multa, quae an essent a Gronovio non sic profecta, merito viderer dubitare: litteras dedi ad Iacobum Geelium v. cl. cum de aliis, quae ad Senecam meum pertinerent, tum de horum dictatorum altero exemplo. Is, qua est humanitate, rescripsit mihi tempore interiecto non multo nec Lugduni nec, quod sciret, alibi per Hollandiam inveniri, quod quaererem. Acquievi in iis, quae fors obtulisset, et in occasionem servavi: ea cummaxime data alteram emitto partem, quae pertinet ad libros tres pri-

ores, alteram retineo editurus, cum primum facta erit potestas. Nam quominus hos Gronovii commentarios adiiciam quarto Senecae volumini, prohibet operis consilium et institutum: nec tamen puto indignos, qui fiant publici iuris.

Mea quidem opera haec fuit, ut emendarem perverse scripta, sive in numeris, id quod saepissime factum, sive in verbis erat peccatum: cuius emendationis ubi ratio visa est satis certa, nihil addidi, ubi ambigua, coniecturam meam apposui scripturae codicis integrae. Praeterea plurimi scriptorum loci erant laudati quidem, sed non accurate significati: hos investigavi ac repertos indicavi; quem laborem recte aestimabunt simile aliquid experti. Omnia autem mea, ut a Gronovianis discernerem, his uncis ( ) circumdedi, cum alteri [ ] interdum claudant Gronovii verba.

Augere Gronovii animadversiones meis multo rarius placuit, quam erat promptum: quippe adiectionem liberaliorem non patiebatur libelli modus. Nec notavi Latinitatem minus usitatam in dictionibus *morbos mederi*, *penitis visceribus*, *nemine animadvertente, laborandum habent*, aliis, meum esse ratus emendare discipulorum scripta, non castigare Gronovium.

C. R. F.

Io. Frid. Gronovii

Notae in L. Annaei Senecae Naturales Quaestiones.

Lib. I. Prol.

1. |**Altior est haec**| Auctores huius philosophiae fuerunt homines animo excelso. Ovid. Fast. I, 297 (sqq.). Manil. in praef. operis (I, 41 sqq. 51 sqq.) refert hanc partem philosophiae ad reges. |**multum permisit**| non fuit passa se includi tam angustis terminis. Ep. 31 (, 1. *Fundamenta tua multum loci occupaverunt*). — 2. |**discutit**| falsas opiniones vulgi de vita et felicitate coarguit et corrigit. |**ambigua**| mala pro bonis, recta pro pravis dignoscantur. Ep. 71 (, 7. *Socrates hanc summam dixit esse sapientiam bona malaque distinguere.* al.) |**illo unde lucet**| in ipsum coelum. |**gratias ago**| beneficam nobis fuisse intelligo. Ep. 66 (, 46. *beatae vitae . . . cui Epicurus extrema voce*) *gratias egit*, i.e.laudavit. Ep. 67 (, 2) *Ago gratias senectuti*, i. e. laudo, amo propterea senectutem. |**totus in se**| in sui unius contemplationem defixus sit, in se ipso operetur. |**faciat cot. aliquid**| creet novas species. |**pars mundi**| sententia Pythagorae dicentis Deum esse animum mundi (Cic. N. D. I, 11, 27). |**mundus**| haec sententia Aristotelis. Cic. N. D. I, 13(, 33). |**hodieque**| etiamnum, in hunc diem: saepe apud Liv. et Cic. (Drakenb. ad Liv. V, 27, 1. Sed vid. Hand. Turs. III. p. 101). |**liceat h. decernere**| nunc aliquid constituere et primum statuta variare, an credendus sit non tam magnus et videatur obnoxius errori, si acquieverit quandoque illis, quae postea improbat. — 3. |**ipse e. e. necessitas sua**| non enim alius eum cogit manere in placitis semel, sed ad hoc illum adigit sua constantia. |**non fuerat nasci**| horum nisi particeps fierem, frustra me natum putarem. l. VI, 30(, 3). Val. Max. 1, 7(, 2. ubi Pighius contra mstos inseruit *operae*). vid. Gron. (in notis impressis ad h. l. et in Obss. IV, 8. p. 602. ed. Platn.). |**percolarem**| Colum erat vas instar cribri foraminatum, quo transmittebatur liquor, ut purus fieret. Mart. XIV, 103 (101). Lucret. II, 474. *percolarem,* per intestina transmitterem velut per colum. |**causarium**| morbidum. Ep. 68(, 6).

|**aegri minister**| ut corpori aegro serviam. |**cui**| propter quam. |**Detrahe**| deme hoc vitae: quid postea superest praeter labores et anxietates, propter quas nemo tantummodo vivere velit? — 4. |**surrexerit**| nisi rebus mortalibus spretis altius extulerit caput. |**conluctamur**| phrasis frequens. Ep. 66(, 1). |**vincimus**| non agimus, quamvis victores, nisi inter monstra. |**sibi placeat**| Ep. 59(, 11) et 66(, 16). *sibi placere*, se ipso esse contentum. Sall. *debere sibi suas res satis placere*, (Respexisse videtur ad illud Sal. Cat. II, 1. *sua cuique satis placebant*). |**valitudinarium**| locus in villis lautioribus, quo transferebantur mancipia aegrota. vid. not. Gron. (ad h. l.) |**robustior**| qui maxime validus est inter aegros. |**inter vires**| potest aliquis carere morbo, qui nihilominus nihil sit confirmatus. |**non e. t. frons ficta**| non simulans. |**nec in al. voluntatem**| non adulans. |**nec cor involutum**| non est duplex sententia. |**quicquid omnibus**| in alios rapax, in se maligna. |**indigna**| malas artes. — 5. |**te nondum**| alludit ad praecipuum caput philosophiae Pythagoricae, secessionem animae a corpore. Jambl. (c. 31, 228 ed. Kust.) et Plut. in vita Cat. mai. (c. 2). Sen. paulo post: *si minimum est morbo caruisse* (*non quia per se beatum est malo caruisse*) i. e. emendasse mores. |**consortium**| proprie communio bonorum. Gell. I, 9 (ex.). Suet. Claud. 28 (ex.). |**interiorem n. sinum**| partem secretiorem. |**pavimenta**| tessellata. |**egessit**| proprium verbum de praeda aut pecunia hostium capienda. Liv. V, 22(, 3). IX, 31(, 5). |**signare**| munten (münzen). Varro L. L. IV (V ed. Speng. 36, 47). — 6. |**tonsiles**| topia aut topiarium opus. Mart. III, 58(, 3). Plin. XII, 2(, 6). |**derivata**| vid. Lips. (ad Ep. 100, 5). Stat. in Tiburtin. Vopisci (Silv. I, 3, 37): *emissas per cuncta cubilia lymphas.* |**ustum**| Veteres diviserunt mundum in V zonas. Virg. Ge. I, 233. Plin. II, 68. Cic. Somn. Scip. (c. 6). Pomp. Mel. I, 1. *ustum*, sub zona torrida. *rigentem*, sub zona frigida. — 7. |**Daci**| sunt Transylvani: quo tempore Seneca hoc scripsit, (Romani) litem et controversiam finium cum Dacis habuerunt, quae postea in bellum mutata, nimirum sub Claudio (immo Vitellio. cf. Tac. III, 46). |**Strymo**| locus corruptus. Gron. vid. qui legit: *Strymon et Haemus Thracas includat.* |**modum**| finem: *modus* et *finis* saepe coniunguntur. (Cic. Verr. II, 2, 48 al.) |**arenarum**| Flor. (III. 1, 14. *Capsam* . . .) *anguibus arenisque vallatam.* — 8. |**subrectis**| elatis ac fulgentibus signis et vexillis. |**ulteriora**| duo officia equitum. (*m. u. explorantem*) partim antecursorem agminis insidiarum cavendarum gratia, (*m. a. l. adfusum*) partim latera claudentem et tegentem. |**nigrum . . . agmen**| Virg. (A. IV, 404) de formicis. |**interest**| hoc tantum differimus ab illis, quod habemus maius corpusculum. |**Punctum est**| alloquitur homines. |**regna**| vel constituitis, ut *disponere* sit ordinare, ut *ordinare provinciam*, et dicat de auctoribus regnorum ex variis populis constitutorum; vel respicit reges regum et potentes populos, qui aliis reges dabant, (regnum) fiduciarium et regno terminos, ut Romani Armeniis, Judaeis et Africae populis, ut diversis Galliae populis Caesar. |**etiam**

cum illis| etiam cum tantum terrarum occupant, ut a diversis partibus pro limite Oceanum habeant. — 9. | **Sursum**| in aethere. |**possessionem**| quae sua facere potest. |**at (et) ita, si**| *si* male omittitur in quibusdam edd. (Lips. II. Antv. 1615). |**si s. minimum ex c. tulit**| allusio ad eam rem Ep. 78(, 9): *non adsueverunt animo esse contenti, multum illis cum corpore fuit.* — 10. |**Secure**| sine religione et metu, qui solebat oboriri imperitis. |**ubi q. st. primum**| ex Georg. Virg. (IV, 232) desumpsit: *Taygete* etc. Manil. I, 537. |**culmen**| ubi velut in medio consistat. |**descendat**| quousque spectetur, donec occidat. — 11. |**domicilii**| corporis et terrae. *Hispani* ultimi in occidente, *Indi* ultimi in oriente. |**suus v.**| secundus. Hor. (Epod. 9, 30): *ventis iturus non suis.* (Sen.) Ep. 71(, 3). |**velocissimo**| Saturno. Cic. N. D. II, 20(, 52). |**aequaliter**| semper eodem tenore et quidem celerrime se promoventi. — 12. |**mens universi**| ut supra (2 *pars mundi*) sententia Pythagorae. |**quod vides**| ipse mundus. |**magnitudo**| magnitudo eius recte concipitur. — 13. |**dispositius**| melius ordinatum, nec certius in rerum et temporum vicibus. (Comparativorum rariorum copiam dat Cyr. Guntherus in Lat. Rest. II. p. 152 sqq. sed omisit *dispositius.*) |**intra volgum**| nec tantummodo vulgus ita insanit. |**sapientiam q. prof.**| philosophos. Ep. 70(, 12) et 71(, 29). — 14. |**dispensantem**| ordinantem. |**aut ferri**| optimus (cod.): *auferri.* melius *auferri* dicuntur, quae se non regunt nec suae potestatis sunt, sed temere feruntur impulsu aliorum. Cic. (ad Fam.) II, Ep. 7(, 1). Sen. Ep. 40(, 4 ex.) et 54 (hic non legitur, sed adde Bf. VI, 31, 5. Clem. I, 6, 2). |**nesciente**| Cic. N. D. II, 32 (in. *Namque alii naturam esse censent vim quandam sine ratione* etc.). |**terminos**| res definire, statuere, quid quaeque sit. |**utrum idea (utrum . . . ratio)**| utrum exstiterit chaos, priusquam Deus conciperet formas et exemplaria rerum, an contra. Ep. 58(, 15 sqq.). — 15. |**destituant**| ob defectum materiae quaedam perfecte agere non possit. |**inobsequens**| ineptum est ad recipiendam artificem formam. Translatio a cera et operibus, quae e cera finguntur. Plin. VII, Ep. 9 (*Ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur Si doctos digitos iussaque fiat opus*). Sen. Ep. 50(, 18. *opifex statuam figuravit*). |**incumbere (incubare)**| al. *incubare.* |**transscribi**| transferri, transponi. Sen. Ep. 4(, 1): *cum . . . te in viros philosophia transscripserit.* Sen. in Thyeste (v. 13): *In quod malum transscribor?* i. e. deferor. |**angusta**| postquam aliquo modo aestimavi, quantus sit Deus. Ep. 71(, 13). |**Sed haec deinde**| haec verba delenda (delevi ea commotus auctoritate optimorum librorum).

Cap. I.

1. |**De ignibus**| uno verbo de meteoris. |**hoedi**| certum genus siderum acceperat nomen hoedorum. Virg. Ge. I, 205. Aen. IX, 668. Manil. I(, 372). — 2. |**forma**| reprehenditur

Seneca, quod haec referat, quae apud neminem inveniuntur (Muretus ad h. l. Senecam castigat, quasi Aristotelem nominis *capra* (αἴξ) auctorem fecerit, cum vulgo ita loquerentur. Arist. Meteor. I, 4 in. οἱ καλούμενοι ὑπό τινων δαλοὶ καὶ αἶγες). |**pilae**| columnae. — 3. |**actum est**| nimirum in Senatu. Fromondi explicatio inepta („cum occisus est et abiectus in Gemonias"). Suet. Oct. c. 94 (*cum de Catilinae coniuratione ageretur in Curia*). |**videbimus**| formula reiiciendi quid, quod non valet tractare. vid. not. (Gron. ad Ep. 108. p. 273. Ir. III, 14. p. 30. M. Sen. Contr. 2. p. 388). |**ordo**| series fatalis. Sen. Oed. 992 (*It cuique ratus, prece non ulla Mobilis, ordo*). — 4. |**trito**| colliso aeris conflictu. |**inclinatio**| cum vis nubium conglobata per aerem se trahens in aliam vim nubium incidit aeque densam compressamque et propterea non cedentem, sed resistentem. Lucret. IV, 137 (sq.). VI, 96 (sqq.). |**trabes**| Manil. I, 839. Lucan. VII, 156. |**levius conlisus**| sine impetu et vehementi pulsu pars quasi praetermeans alteram partem leviter rasit. |**crinemque**| Virg. Aen. V, 528. i. e. protendunt sese instar effusi de capite longi capilli. — 5. |**iter exile**| exsistunt veluti subtiles lineae, veluti angusti limites ignium. — 6. |**Varia et multa**| Duplices sunt exhalationes terrae, nimirum vapores aut fumi: illi faciunt meteora aquea, veluti pluvias, nivem, grandinem: ex his exsistunt ignea, ut coruscationes, tonitrua, cometae et venti. |**humida**| vapores. |**sicca**| sicca (?). |**evaporatio**| si multos et varios vapores et fumos emittat. |**caniculae rubor**| Hic impingit Seneca: nam qui nunc haec describunt, dicunt esse argentei coloris. Manil. I, 404 (*canicula . . . Qua nullum terris violentius advenit astrum*). |**Iovis**| haec stella est temperata. vid. Cic. Somn. Scip. (c. 4). Plin. II, 8(, 6). Censorin. c. 13. Claud. in laud. Stil. (II, 7). — 7. |**stramenta (ramenta)**| zwavelstocken (Schwefelhölzchen). |**ex intervallo**| schoon niet gehouden in het vier, maar digt by (obschon nicht in das Feuer gehalten, sondern dicht dabei). — 9. |**sine fundamento**| non habent perpetuam aut durabilem materiam, non ex corpore solido proficiscuntur. — 10. |**vindicare**| ut possint apparere, quamvis praesente sole. — 11. |**velo insidentes**| Stat. III Silv. 2 (v. 3). — 12. |**Gylippo**| vid. Iustin. (IV, 4, 5. Stella ibi non commemoratur). |**ardere**| Liv. XXII, 1(, 8) et XLIV, 13 (? sed cf. Plin. N. H. II, 37, 28. Tac. A. XV, 7. Sil. VIII, 628). — 13. |**sereno q. coelo**| Virg. G. I, 487. Hor. Od. I, 34(, 7).

Cap. II.

|**circumnectit (circumvenit)**| quod instar coronae cingit solem vel stellas. |**Apollonia**| quo in studia missus est paulo ante mortem Iulii. vid. Vell. Pat. (II, 59, 4). |**in arcu**| Suet. Oct. 95. |**halo**| Accus. Atticus 4. declin. simplic. a nomin. *halos*, idem quod *area*, ab ἁλίσκομαι capior (non inepte, si quidem utrumque pertinet ad radicem अल् *al*, occupare, im-

plere, ad quam revocant etiam Ἑ*ΛΩ* et ἅλις. Sed videtur quoque derivari posse ab सल् *sal*, quo referunt, ἁλέω, ἅλλομαι, σάλος). — 2. **|in piscinam|** in aquam stantem, natationem. **|discedere|** quae continentem planitiem habuerat, distingui circulis. vid. not. (Gron. ad Benef. III, 37. p. 161). **|in planitiem|** fiat rursus perpetuum et indistinctum planum vel aequor. **|cum spissior|** cum condensatus ictum radiorum solis sustinere possit. **|et omne|** e. g. cera etc. **|ex ictu|** quod quasi molle cedit ictui aut impressioni instar cerae, et ab ea impressione vel ictu interpellatur. — 3. **|exibit|** habebit aliquid rotundum, accipies instar rotundae formae. *exibit* de operibus perfectis et exsistentibus ex quacunque opera vel labore. Mart. XI, 32(, 11. *Hinc exit varium coco minutal*). Horat. (A. P. 22) *cur urceus exit?* **|terendis|** Mart. IX, 90(,11. *Messes area cum teret crepantes*). Descriptio areae apud Varr. R. R. 1, 51. **|istas|** sc. luces. **|in vicinia siderum|** in tam excelso, ut proxime sidera exstent. — 4. **|solita inbecillitate|** per infirmitatem suam coniungens, quae vidit ex longinquo, etsi maximis intervallis distent. **|consistant|** ubi morentur. **|obscuritatem|** quoniam balnea veterum erant obscura et sine luce. Ep. 86(, 3). **|austro|** sc. flante. — 5. **|diluuntur|** dilutiores fiunt, splendorem amittunt postea in semet. **|rumpuntur|** aperiuntur, continuum solvunt. **|nautici|** nautae. Liv. XXVIII, 7(,7 ex.). XLI, 3(, 1). **|exspectant|** nimirum ab illa regione mundi vel aeris, versus quam corona dividitur. **|discesserit (discessit)|** aperta, disiuncta fuerit, acceperit intercapedinem. — 6. **|colligi|** fieri, tales circulos coire. **|stabilis|** cum non movetur aer. **|diduci|** scindi, plagam accipere. **|in aliquam f.|** praebere speciem certi corporis. **|feritur|** ne sentit quidem plagam. — 7. **|lineam|** extremitatem, filum vel *circumtexturam*, ut loquitur Lucret. (IV, 651. al. 649. *Extima membrorum circumtextura coercet.* Sed meliores libri habent *circumcaesura*). **|exemplum|** nimirum lapis in piscinam missus. **|adligatam|** densam, stagnantem. anders loopt het wal (sonst läuft das Wal. Puto per *wal* intelligi interiorem portum eumque septum). **|fugiens|** profluens, viva. Hor. Od. II, 3(, 12. *Lympha fugax*). — 8. **|manet|** stat aliquamdiu immotus. **|non det (dat)|** non se praebeat formandum vel tractandum. **|dilapsae|** cum ab omnibus partibus simul intereunt et quasi contabescunt. vid. Fromond. (ad h. l.) **|otium|** Flor. (I, 16, 4). *maris otium* (*Lucrinus et Avernus*, *quaedam maris otia.* In quibusdam libris legitur *ostia*). — 9. **|cesserunt|** ab una parte sunt destitutae. Ep. 30(, 1. *ubi* (navis) *plurimis locis laxari coepit et cedere*) ubi *cedere* est dehiscere: nil ergo corrigendum. **|unde finduntur (funduntur)|** a qua parte fit fissura. **|subsedit|** si tota corona contabuit. **|incumbere|** inde esse quendam motum, qui est comminatio futuri venti. — 10. **|inconstantia|** ex eo, quod aer est ita varius et dissimilis sibi. **|ventorum proelium (plurium)|** ventorum ex diversis partibus orientium vehementes flatus. **|notantur|** videntur. **|coarguant|** convincant, refutent. **|lumen|** Sol maiorem vim ad penetrandum habet et permittendos radios. **|facilius|** facilius repercutitur eius lumen. — 11. **|imago|** siderum, nempe lunae. **|solidiore|** crassiore nec tam facile transmittente radios. **|temperatura|** hic medius habitus aeris inter compactum et minus rarum. **|pugnaciter|** non tanta vi, non tam fortiter.

Cap. III.

|subfundat| *suffundi* calor dicitur, qui alteri quasi substernitur et sic miscetur, ut inter illum emicet. **|perstrictae|** leviter tinctae. Ep. 72(, 6. *sed id leve et quod summam cutem*

stringat. N. Q. VI, 1, 2. *Neapolis . . . leniter ingenti malo perstricta.* Trq. A. 2, 1. *levibus que interim offensis perstringuntur.* al.). |**tumidiores**| collectiores, cumulatiores. |**submissiores**| non ita conglomeratae. — 2. |**lucem**| solis. |**umbramque**| nubis. |**fistula**| canalis plumbeus aut aereus. |**foramen**| per rimam illam exsilire. |**oblique**| e transverso interlucentem. |**faciem**| habet aeque varios colores atque iris. |**fullonem**| qui togas et lanas eluebat. |**ridiculis (tendiculis)**| perticis seu bacillis grandioribus erectis, sed stantibus expansa. *ridicae* proprie statumina et pedamenta lignea vitium. Varro R. R. I, 8(, 4). — 3. |**magis coacta**| densiora, crassiora. |**ab illis**| nimirum transmittentibus solis radios. |**ex se umbram proximis f.**| lucentibus addit et interponit opacitatem. — |**Sed nunc div.**| versus Ovid. Met. VI(, 65 seq.). |**Transitus**| qua coniunguntur duo colores, aut ubi in alium colorem ex colore fit transitus, illuduntur oculi sic, ut nihil animadvertant mutari. |**tangit**| nimirum circa iuncturam duorum colorum nihil differens apparet. |**ultima distant**| sed in partibus paulo remotioribus agnoscis diversitatem. |**lutei**| crocei, ab herba. — 5. |**commissura**| in coniunctura oculi falluntur. Ovid. (l. s. l.) *spectantia lumina fallit.* |**reddi im. s.**| repraesentari corpus solis. |**devexas**| cadentes et quidem praecipiti motu apparere nobis pro uno continuo corpore. — 6. |**Pelves**| cum aqua. |**foliis**| ex quacunque arbore. |**circumscripta**| omne corpus laeve et glabrum, ut repraesentare imaginem possit, sive magnum sive parvum; totum illud spatium, quod intra unos fines continetur, non nisi unum speculum, non plus non minus una reddit imagine. |**insertis parietibus**| brachiis ductis aut asseribus interpositis (Reieci haec propter optimorum librorum consensum). |**lacus**| cellas seu membra separata istis parietibus. |**diffusa**| pone indivisam. — 7. |**perturbatae**| continentes et permixtae. |**n. dispiciuntur**| non intelligitur corpuscula illa esse separata propter spatium, quod interest inter nostrum visum et summas nubes. |**laevitate**| omne corpus laeve emissos in se oculorum vel lucis radios remittit ac reflectit. — 8. |**spisso**| quando aer est densus et non patitur ab radiis penetrari, illi radii in nos reflectuntur. |**quolibet a. i.**| tam rari quam densi aut spissi. |**hoc genere**| Aristot. Meteor III, 4. (in. *οἷόν ποτε συνέβαινέ τινι πάθος ἠρέμα καὶ οὐκ ὀξὺ βλέποντι· ἀεὶ γὰρ εἴδωλον ἐδόκει προηγεῖσθαι βαδίζοντι αὐτῷ ἐξ ἐναντίας βλέπον πρὸς αὐτόν.* cf. Sext. Empir. Pyrrh. I, 14, 84). Apul. Apol. (videtur respicere ad c. 15. *profectae a nobis imagines, velut quaedam exuviae iugi fluore a corporibus manantes cum leve aliquid et solidum offenderunt, illisae reflectantur et retro expressae contraversim respondeant,* quamvis non huc, sed ad superiora pertineant). |**efficit**| ut nimirum in his replicentur radii. — 9. |**intermissarum**| aliqua intercapedine separatarum, aliquod intervallum habentium. — 10. |**a quibus**| in quibus accurate dignoscendis affinitas et iunctura arcta diversorum colorum aciem nostram impedit. |**illam**| aciem. |**ad manum**| de propinquo et proximo. |**Remus integer in tenui aqua fracti (Remus tenui aqua tegitur et fracti)**| Lucret. IV, 435 (442. *Quae demersa liquore obeunt, refracta videntur.*) Sen. Ep. 71(, 23). — 11. |**Columnarum**| in longis porticibus remotiores columnae apparent coniunctae et continentes. |**toto t. orbo**| nimirum centies sexagies sexies. |**contraxit**| fallax noster visus repraesentat tibi tam parvum. |**sapientes**| Epicurus et eius sectatores. vid. Diog. Laert. in eius vit. (X, 91). Cic. Fin. I, 6 (,20. cf. Lucret. V, 565 sqq. Cleomed. *περὶ μετεώρων* II, 1. al.). |**Mundum**| coelum. |**ortus**| emetientem cursum suum brevissimo spatio ab occasu ad ortum. — 12. |**ingenti**| lege (sublato *et*). |**interit**| non intelligitur. Cic. (Fin.) III, 14(, 45. *ut interit*

magnitudine maris Aegaei stilla mellis). |**roscida**| humida, pluviam minante. — 13. |**ex recto**| quia non est adversa, ut possit eam concipere. |**lineas m. virides**| modo radios solares hoc, modo alio colore repraesentat. *ducere colorem* est assumere. |**purpura**| duae lanae in eodem aheno non semper uno modo colorantur. — 14. |**macerata**| detenta in aheno: quod mollitur aqua, id maceratur. Ep. 70(, 3) et 71(, 30). |**crassius**| pleniorem fucum an dilutiorem biberit. |**saepius mersa**| *δίβαφα* an *μονόβαφα*. |**multis generibus**| multis modis, multis rationibus, multas ob causas. Petron. (14, 7) *Nullo genere par erat causa nostra. in* dele cum Gron. |**incitari**| augeri et magis conspicuum fieri. *incitare poenas* apud Tacit. (A. III, 25) est maiores facere. |**relanguescere**| minus splendere. — 15. |**vaga**| longe lateque petenda. |**manu tenere**| quasi filum quoddam Ariadnes, cuius ductu e labyrintho evadamus.

Cap. IV.

|**Iam nunc**| sic legunt veteres (alii omittunt *nunc*). |**persuadent**| apodicticae rationes. |**geometris**| proprie opticis. — 2. |**de plano**| quae cuique sint intellectu faciles, secus atque illae subtiles geometricae. formula in edictis usitata (velut Dig. XIII, 6, 5. XLVIII, 18, 18). — 3. |**sectae**| dimidiam pilam referat. een bal (eine Kugel). |**extra medium**| a latere, oblique.

Cap. V.

|**figuras**| sententia Epicuri. Lucret. IV, 158. |**imago similis**| infra dicit imaginem quandam esse dissimilem (13. *solis . . . effigiem non similem*). — 2. |**des necesse est**| (immo *oportet legitur*) statuas aerem tam laevem, aequalem et nitidum, quam speculum est. — 3. |**Habet enim**| continet materiam aquae et imbris, non ipsam aquam. — 4. |**in unam**| simul unam continentem imaginem, cuius pars sit in hoc speculo, pars in altero coniuncto, non reddent. |**in se**| totum in se pro modulo suo referet. |**populus**| innumera multitudo repraesentatur. |**faciem**| integram personam. |**seducunt**| separatim quaeque habent. |**ex uno**| unum per multos repraesentant. — 5. |**remo**| a nauta in undam misso tractoque suspensa. — 6. |**Standum est**| aliqua quiete opus est. |**disertissime**| de poetis et versibus. Sic Eumolpus Petronio (96, 6) dicitur *disertissimus poetarum*. |**pavonum**| varios colores pro incurvatione seu flexu. — 7. |**chamaeleontes**| concipiunt colorem istius corporis, cui adhaerent. Ovid. Met. XV(, 411 sq.). |**ex ipsis**| causa in ipsis nata, ut in homine, cum pro affectione animi vel erubescit vel pallescit. |**positione**| causa externa perluceant. — 8. |**densa**| sine poris. |**diversis**| lege *e diversis*. |**temere**| sine arte, sine lege. |**potentiam**| naturam, vim. Just. (XII, 16, 1) *supra humanam potentiam magnitudine animi praeditus*. — 9. |**inquit (inquis)**| formula Senecae proponendi obiectionem eius, qui aliam sententiam tuetur. vid. not. (Gron. ad Sen. Ir. II, 12. p. 12. Clem. I, 8. p. 102. V. B. c. 17. p. 128 sq. N. Q. II, 14. p. 294. ad Liv. XXXIV, 3, 9). — 9. |**commune**| hoc ambo concedimus, hoc tibi non nego. |**idoneus**| necesse est apte et directo hae nubes a solis radiis feriantur. |**speculari**| receptione rei visibilis in oculum. — 10. |**viseretur eo manifestius**| sic codd. (edd. vulgatae ante Gron. *videretur* . — |**interit**| non intelligitur, non videtur. |**contradictioni**| responsioni ad obiectionem. — 11. |**visitur**| ut supra (10). |**falsi**| non inde colligitur colorem esse falsum, ficticium. |**accedentibus**| prope

venientibus non intelligitur. |**suffectam**| supra (7) *suffundi.* Virg. Aen. II(, 210) *suffecti sanguine.* Cic. Hort. (apud Non. 386, 10 et 521, 19) *sufficere lanam medicamentis.* vid. Gron. ad Stat. (Diatr. p. 88. ed. Hand.). est: alios colores ei antea substernunt et suffundunt. |**duro**| solido et immoto. — 12. |**ex intervallo**| quorum excellentia non intelligitur nisi e distanti. |**Purpuram Tyriam**| intellige lanam. vid. dictum Augusti apud Macrob. Sat. II(, 4.) de *purpura Tyria.* |**saturiorque**| nimirum quo plus conchylii bibit. |**quomodocumque**| distendatur, teneatur. — 13. |**non similem**| non omnibus partibus aequalem. Plin. (immo Quintil. XII, 10) de Demetrio: *fuit similitudinis quam pulcritudinis amantior.* vid. Gron. ad Stat. p. 34. (Diatr. 1, 6. p. 69 sqq. ed. Hand.) |**ad verum (adversus) sp.**| referunt res oppositas omnino, quales sunt. |**servata**| salvis notis ac lineamentis personae, sed mirifice deturpatae. — 14. |**placere**| possis credere te validum et robustum esse. Ep. 43(, 3). |**magnitudinem**| pro modo et habitu. |**dextras**| quae obstantes repraesentant a dextro latere, sunt quae a sinistro. |**torqueant (detorqueant)**| detortos vel incurvos. |**evertant (et vertant)**| in caput sistant.

Cap. VI.

|**bibit**| Virg. G. I, 380. Voss. de Idolol. III, 14 (p. 395 sq. ed. Amst. a. 1668. F.). |**non easdem**| non semper uniusmodi tempestatem portendit aut denuntiat. |**Vinci**| exsiccari et consumi. — 2. |**inpluet**| videtur velle minus dicere, quam si diceret *pluet.* Forsan etiam respexit *impluvium*, quasi ita caderet, quomodo in impluvio, in quo non tanta vi cadit. |**invicem**| ex adverso, vicissim. |**in orbem**| quasi semirotunda sit. |**nisi orbi**| nisi a rotundo corpore veluti sole provenit. — 3. |**unde sit**| scilicet amoto sole. |**regio coeli**| quibus pars coeli variata format arcum. |**a sole**| ista verba delenda videntur Fromondo, et non sine causa. |**paulatim**| particulatim dissolvantur. — 4. |**repentina**| quod subito apparet tantus, quantus est. |**in illo**| speculo. |**opus est**| pro *hac re opus est,* saepe apud Plaut. (Cist. IV, 2. 35. *bonum mihi opus est.* ib. 51. *si quid est opus.* Truc. V, 14. *Oleum opus est.* al. Saepissime tamen apud eundem iungitur etiam cum Abl. Truc. V, 12 sq. al.). |**mendacium**| illusio oculorum et figura adumbrata. *mentiri* utuntur, ut etiam ad facta, non tantum ad dicta referatur. Ep. 76(, 25. *fortunae mendacia.* Ep. 120, 9. *mentitur prodigus liberalem*). Iustin. (1, 2, 4) *mentiri sexum.* — 5. |**multiplicent**| Etiam posset intelligi loqui de speculis, quae populum ostendunt: de istis loquitur, quae maiora faciunt corpora. est, grandius faciant, maius repraesentent. Virg. (G. II, 53) *cui plurima cervix.* |**pilam**| columellam. — 6. |**in humido**| fluctuat, nec praecisum et circumscriptum accipit, quod videt. |**facies**| videtur in superficie aquae natare. — 7. |**per humorem**| Mart. (II, 87, 2) *Tu* (*Qui*) *faciem sub aqua, Crispe* (*Phoebe*), *cacantis* (*natantis*) *habes.* significat illum habuisse Vespasiani faciem nitentis, sed deformatam.

Cap. VII.

|**inquit (inquis)**| sic Gron. legit. |**stricta**| Gron. *striata*, i. e. sulcata, vel sulcis vel striis divisa. Illa *virga* proprio appellatur vocabulo *prisma*, instrumentum opticum. Cardan. de Subtil. (l. IV. p. 172. ed. Lugd. a. 1580) et Scalig. de Subtil. ad Card. p. 313. (ed. Francof. a. 1612. Exercit. LXXXI, 2). |**pluribus**| nodis exstantibus distincta instar clavae. Minut. Fel. *undis crispis torosisque* in princ. libri (c. 3. p. 3. D. *crispis torosisque ibidem erroribus*). —

2. |**quod solem repercutiat**| ita lege. |**sumit**| momento induit ac ponit. — 3. |**solvendum**| hic nodus explicandus. |**conatur**| imperfectam quodammodo. aliquo modo *conari* (est) rem imperfectam facere. Tertull. in praef. (Apol. adv. g. c. 40) *arbores conari apud Sodomam* (*si qua illic arborum poma conantur*). |**enormiter**| partibus inter se non respondentibus, ut solent, quae ad normam, lineam vel perpendiculum fiunt. |**insecturas (inspectiones)**| strias vel sulcos. |**discernuntur**| non sunt ita praevisae, ut discretam habeant substantiam, quemadmodum illa specula, quae ex uno turbam reddunt. |**inchoant**| supra *conatur*. Suet. Claud. c. 3. Sen. Tranq. c. 15(, 3. *Omnia hominum negotia similia initiis esse*). Cic. Off. I. 43(, 153). |**ob ipsam**| confusas reddunt.

Cap. VIII.

|**inplet**| non perpetuum et clausum circulum facit. |**eius**| nimirum arcus. |**porrigitur**| cum longissima est eius curvatura. — 2. |**dicunt**| ipsi contradicunt sibi: ita intelligeremus *dicunt*. Gron. legit *vident*, i. e. experiuntur quotidie rem dicto isti vel positioni isti adversantem. *propositum* (est) hic, quod aliquis ponit, ut inde concludat. vid. Gell. XV, 26. |**adfunditur**| i. q. superiorem partem nubium collustrat. — 3. |**in humum**| Scalig. Exercit. LXXX. n. 7. (p. 306). |**verberatur**| radiorum ictus accipit. |**arcum**| iris exsistit occidente et praecipiti sole. |**ex humili**| i. q. lucem a sole missam per intervallum aeris propius terrae eoque sordidius ob vapores emergentes. — 4. |**Nostri**| Stoici. |**Proposito acc.**| admitto, quod ponunt et sumunt, nimirum sic in nube ut in speculo concavo reddi solis imaginem: quod vero inde colligunt, approbare non possum. idem est, ac si nos diceremus: Nego minorem, concedo maiorem. |**si in concavo**| illud *si* delendum. |**orbis**| nimirum corporis rotundi et orbiculati. |**in semiorbe**| Graeci *semicyclo*, i. e. in speculo cavo instar semiorbis. |**pilam**| totum corpus rotundum. — 5. |**Etiamnunc**| praeterea, super haec. |**circulos**| supra (2, 1) vocat *coronas*. |**iungitur**| totus fit, contexitur, non est fractus et dimidiatus, ut in iride. |**Aristot.**| Meteor. III, 2 et 5. |**autumnale**| sol ingreditur in Libram mense Septembri. — 6. |**evincit**| perfringit nec repercutitur. |**scindit**| translucet. |**breviores**| post autumnale aequinoctium. — 7. |**aestivis**| nimirum in ortu solstitiali, in alia re. |**rectiori (rectiore)**| Aristot. (Meteor.) III, 6.

Cap. X.

|**contra s.**| in nubibus fronti solis obstantibus. |**in vicinia solis**| iuxta solem, sed neque nimis valde prope nec longe. |**diviseris**| medium dempseris. |**direxeris**| si reliquum rigidaveris, in rigidum et rectum extenderis. |**solares**| non fiunt nisi ab luna vel sole. |**lunaresque**| legerim *lunaresve*.

Cap. XI.

|**soles . . . binos**| Liv. XXIX, 14(, 3). XXVIII, 11(, 3). XLI, 21(, 12. hic *tres soles* commemorantur). — 2. |**ardoris**| non rutilant nec vehementer splendent. |**te nomine**| Virg. (G. II, 95) *carmine*. Seneca oblusit memoriae. — 3. |**relinquit (relinquitur)**| lege, i. e. et pari intervallo comitatur, quo coepit exsistere. |**placido**| Virg. (A. VIII, 88. *substitit unda, Mitis ut in morem stagni placidaeque paludis*. v. 96. *placido aequore*.) immoto, tranquillo.

Cap. XII.

|**turbatur**| stagnantior, nec ex accidenti minime motu statim vacillat et confunditur commoveturque, ut aqua: ideoque fidelius tenet imaginem. |**luna soli**| inter solem et terram sese insinuet. |**subiecto**| orbe suo subiens oculis nostris eripiat. — 2. |**Haec**| posterior nimirum. |**cum (quae) stellas**| cum efficit, ut etiam stellae de die appareant reliquo omni coelo obscurato. |**libramento**| cum ambo orbes, solis nimirum et lunae, velut ad librae examen sibi respondent et iisdem lineis circumscribuntur. |**coactus**| ita densatus, defaecatus tamen vel minime sordidus. |**mobiles**| si ducuntur per coelum. |**spargunt**| confundunt, ut non consistat forma. |**emittunt**| transire patiuntur. |**non sentiunt**| non recipiunt, nihil ab ea recipiuntur(?). |**maculosa**| opaca, umbrosa, non limpida neque *liquida*, ut supra (17) dixit.

Cap. XIII.

|**conspectus**| alterum sit oppositum alteri. |**a vero est (vera est)**| videtur legendum: *una imago veri est*, scilicet corporis oppositi. — 2. |**fors**| cum nubes forte sic constiterunt, ut inter se sint adversae. |**plane n. s.**| plane tales, quale est ipsum corpus solis. |**lunaribus**| ipsi lunae. |**oblique**| ab latere oblucentem solem excipiunt et remittunt. — 3. |**recursum**| a tanto intervallo non potest ad nos redire. |**historica lingua**| loquar cum historicis. infra 16(, 5). |**ingravescunt (ingravescent)**| gravidae sunt pluviis.

Cap. XIV.

|**fixi**| *aliquando* delendum. *Bothynos* et *bothos* notat speluncam vel foveam, unde meteora, quae sic apparuerunt. Aristot. Meteor. I, 5. *χάσματά τε καὶ βόθυνοι.* Apul. de Mundo (c. 3 et 16). |**velut corona**| cum videtur instar circuli, cuius interiora velut e reducto sinu ignem ostendunt, non secus ac si intuearis profundam foveam a solo et infimis ardentem. |**vasti**| immensa magnitudo. |**fertur**| movetur. |**flagrat**| haeret et immota uritur. Manil. (I, 840. Plin. II, 25, 22. Apul. de Mundo c. 16. pertinent hi loci ad *pithias* s. *pithos*). — 2. |**chasmata**| hiatus. |**discedit (desedit)**| quasi decerpitur. |**dehiscens**| nempe coelum. |**evanidae**| non diu durantes. |**eruptionibus**| scintillatione, sive luce longius interdum, interdum brevius micante. — 3. |**porrigere**| duci et extendi, quasi pars maneat, unde altera pars distet, cum revera nihil maneat. |**discernat**| distinguat loca, unde et quo mota sunt. |**dispiciantur**| singuli gradus lateant oculosque effugiant, finisque tantum et initium eodem ictu oculi veluti continentia accipiantur. *Partes* et *summa* opponuntur. Plin. IX, (Ep.) 37. *si non summa* (*nummo*), *sed partibus locem.* — 4. |**totum iter**| totum spatium, quod decucurrit, nos imaginamur igneum. |**subsequitur**| non percipit, ubi sit, ubi fuerit; tam celeriter quam illa provehitur. |**occurrit**| quia eodem ictu accipitur illud universum. — 5. |**Neque tam longa**| nam si esset tam longus et subtiliter ductus ignis fulminis, non haberet vim illam formidabilem, quam exercere videmus. |**Adtritu**| pars aeris ex collisione ignescens. |**opportunitate**| affectione exsistente per tempus, qualitate: eleganter. |**pabulum**| et ea latus, qua eum trahit esca sua vel materia: seq. cap. (, 2. *consumpto alimento*). — 6. |**refert**| variat pro varietate partis illius aereae, quae ignem concipit, et illius impetus, qui facit collisionem, per quam incenditur.

Cap. XV.

|**Selas (sela)**| ita legendum. est Accus. Plur. in Nomin. *sela* (?). Apul. de Mundo (c. 16). unde σελήνη luna. |**edere**| efficere, facere. |**late fusus s. ignis**| nempe aethereus. |**vim igneam**| aliquid sui ita temperatum, ut in eo ignis praevaleat, naturalis eius levitatis motu in vicinum aetherem mittat. |**elidat**| premendo faciat, ut aliquid exsiliat. |**vel similis (vel similis stellae)**| lege: *vel stellae similis.* — 2. |**fugent tenebras**| discutiant caliginem noctis et faciant instar diei. |**in se**| quae subsidit, in suos ignes concidit. |**redigantur**| paulatim durescendo evanescant. — 3. |**paverat**| cui materiam praebuerat, in aethera expulit. |**expressit**| elevavit. |**moram**| nullum tempus durant. |**subinde**| paulo post. |**brevis**| momentanea est et fragilis substantia. |**nec sine iniuria**| ut dent aliquid detrimenti illis corporibus, quibus incidunt. |**ediderunt**| tantum mali attulerunt, quantum fulmen. |**Astrapoplecta** (ἀστερόπληκτα)| siderata, i. e. sidere percussa. πληγή. — 4. |**motumque coeli**| quae eodem modo moventur ut coelum. |**pogoniae**| quae repraesentant barbam. |**cyparissiae**| quae repraesentant arborem Cyparissum instar metae. vid. Fest. (p. 39 et 49). |**in exitu**| in fine dilatatur et in apices multos inaequales desinit, ut barba, lampas etc. — 5. |**multa conglobatione**| non possunt fieri, nisi ex multis partibus ignes confluant. |**coelum ardere**| Liv. III, 5(, 14). XXIII, 2 (? XXII, 1, 12. *Capuae speciem coeli ardentis fuisse*). XXXI, 12(, 5). XXXII, 5 (? XLIII, 13, 3. *coeli ardentis species* al.). |**speciem**| ut in nostra terra locus aliquis longinquus ardere videatur. — 6. |**cohortes**| nimirum vigilum institutae ab Augusto ad arcenda incendia numero VII, ut unaquaeque curaret duas regiones urbis. Dio LV(, 26). Suet. Aug. c. 25 (et 30). Lege 3. de Praefecto vigilum in Iure (Paul. Dig. I, 15, 3). — 7. |**decipiant**| an fallant oculos et simulacra sint inania mentianturque fulgorem, quem non habent. |**alienum**| simulacrum illius exhibentibus. — 8. |**exiret**| aliaque semel recepta forma perduraret, maneret ibi. |**obduceretur**| deleretur, oblitteraretur. |**detorquere**| Ms. ut ex hoc possent [hoc adimitari vultus] detorquere in pravum, i. e. imitari corpora et illis addere turpitudinem formae. |**obliquent**| monstrent dextros vel sinistros. Cic. ad Famil. IX, Ep. 22 (? de Univ. c. 14).

Cap. XVI.

|**quam nullum**| corruptos in libidinem animos nulla non re abuti ad illecebras foedarum voluptatum atque exquirere et invenire res novas ad alenda vitia sua. |**obscoenitatis**| obscoenitatis tam famosae, ut etiam a mimis et histrionibus in scenam eo nomine traduceretur. Suet. Tib. c. 45 (ibi Tiberius dicitur propter obscoenitatem in scenam traductus). Sen. Benef. IV, 31(, 2 et 3). |**sestertii**| ab illa tanta pecunia magis possessum quam eius possessorem. 25 (? Benef. III, 28, 3. *libidinis et gulae servus.* Ep. 9, 19. *ille multorum dominus, sed plurium servus*, al.). |**a servis**| Tacit. An. XIII, 32 (in.) XIV, 22 (?). Cic. ad Fam. IV, Ep. 12. Plin. III, Ep. (14). |**indignum vindicta**| de occiso illo quaestionem haberi vetuit. |**tantum non**| fere, parum abfuit, quin legitimo iudicio sententiam contra eum ferret. — 2. |**avidus**| ad os respicit. |**crassitudine (crassitudinem)**| in melioribus non legitur. vid. Gron. (ad h. l.). |**admissarii**| proprie de equis. |**falsa**| vano illo conspectu, tanquam revera frueretur et delectaretur. — 3. |**agebat**| a re militari: nam proprie tironum delectus habebatur. Suet. Ner.

c. 19 (? *conscripta ex Italicis senum pedum tironibus nova legione.* Vit. c. 15. *delectum . . . egit*). i. e. alliciebat et observabat ad se vocatos. |**mendaciis**| adeo cupidus erat sui morbi, ut non contentus vera turpitudine fictis quoque rebus eam augeret. |**I nunc**| scias licet, quam fallantur, qui unum speculi usum putant, ut ad id se reddant mundiores. |**Foeda**| sine praefatione veniae dici non possunt, quae homo monstrosus et dignus, qui per rabiem membra sua ore suo laceraret, fecerit. |**opponerentur**| Phaedr. (III, 8, 4) *speculum suppositum* (*ut positum fuit.* cf. Schwabe ad h. l. Exc. VII). — 4. |**quae secreta quoque conscientiam** [lege] **premunt**| quae, etiam cum clanculum et sine teste et in obscuro fiunt, animis probrorum suorum consciis faciunt horrorem et taedium sui. |**scelera**| etiam in sceleribus parcunt homines oculis et libentius faciunt, quam vident. Tac. Agr. c. 45 (*iussitque scelera, non spectavit*). |**In perditis**| homines scelerati et nullum dedecus magnum putantes et suos tamen et alienos oculos pudore subterfugiunt. |**peccabat**| non putavit se satis frui, nisi etiam videret, nec satis videre, nisi plus videret, quam patiebatur. |**divideret**| compluries et non semel quadam serie exposita. — 5. |**merserat**| demiserat. — 6. *adprobare opus* dicitur conductor vel redemptor, cum id perfectum praebet visendum locatori et id ad legem factum esse demonstrat. Apul. Met. 17(, 10). *opus* (*expeditum*) *approbato mihi.* Phaedr. (IV, 24, 11. *Opus approbavit*). *probatio locatoris* Cic. Verr. l. I, c. 54(, 142) et 55(,143). |**prostitutis**| lenonum amillis (amiculis?) aut corpore quaestum facientibus. |**publica (publico)**| quae cuivis pro parva pecunia praebentur illudenda. Tacit. An. XIII, 17 (*inlusum isse pueritiae Britannici?*). 35 (? XV, 72. *G. Caesar . . . etiam matri eius inlusit*). |**lupanar**| Mart. (IX, 7, 9. *Pudor esse per te coepit et lupanari*). — 7. |**spectaculum**| verterat in voluptatem oculorum. |**alta nox**| nullae satis magnae tenebrae. |**contumelia**| κατ' ἐξοχὴν pro violatione corporis. Apul. in Apol. (c. 76 in.). vid. Gron. (Observv. I, 24). |**oculi q. in partem**| oculi etiam lasciviant. Justin. (V, 2, 9.) *vocandos Jonas in portionem muneris* (*Vocandos enim in portionem muneris Jonios*). |**exactoresq.**| observatores, num omnia fiant iusta. — 8. |**positio**| quae a tergo sunt. |**arte visantur**| lege: *ante versantur.* |**ministeria**| partes tam parvas. verenda intelliguntur. |**concubitus**| een esel, een bul (ein Esel, ein Bulle). |**morbo meo**| pruriginem meam blande circumveniam, ut acquiescat putans se plus accipere, dum minus accipit. |**Quo**| infra III, 18(, 2. *Quo coctum piscem?*). frustra nequam sim, si non ultra naturam nequitia mea excurrat, si non nequior sim, quam naturae modus patitur. Antiqua inscriptio (?) *unde talem et ibi talem.* — 9. |**ad verum**| curarem mihi revera fieri, quod imaginor. |**pascar**| saltem mihi fingam, imaginabor. |**antequam videret**| [ita lege] priusquam videret sibi mortem intentari, ut paulum ante ipsam cruciaretur. Suet. Cal. (c. 30) *sic feri, ut mori se sentiat.* (*Ita feri, ut se mori sentiat*). |**ad speculum**| nimirum ut videret se perire.

Cap. XVII.

|**obversa redditur (reddatur)**| lege: *reddatur.* sic *voluerit* lege, non *voluit.* |**comparare**| parare, instituere, producere substantiam vel corpus, quod similitudinem oppositorum referret. — |**velleremus**| mentum depilaremus. Suet. Oth. c. 12 (*faciem quotidie rasitare*). |**poliremus**| glabram et nitentem redderemus. |**In nulla re**| nullam rem illa invenit hac fini, ut luxuriae serviret. |**cominus**| ad ipsum dicit intuendum. |**hebetato**| praebuit instrumentum,

in quo ipsum videremus acri eius et ardenti luce vexari, sed tam remissa et clementi, ut sine noxa videri posset. — 3. |**humore laevoreve** (**humore lenior et**)| sic Pinc. et fortasse recte. i. e. corpore humido, aqua, oleo, pice, aut laevi ac nitido, ut speculo, visui commodius occurreret. |**siderum**| solis et lunae. |**interpellari**| impediri, obscurari. |**liberius**| minus timide, non conniventes, ut solemus, cum ipsa sidera intuemur. — 4. |**nosceret**| faciem suam inspiceret. |**notitia**| pars prudentiae summae a veteribus ita commendatae. |**consilium**| ad vitam melius agendam. |**Formosus**| Socrates apud Apul. in Apol. p. 283 ed. Elmenh. (c. 15). Phaedr. (III, 8, 14 sq.). |**vitaret**| ne infuscaret formam et laudem corporis turpi fama. |**redimendum**| compensandum honestate vitae, quod deest honestati formae. |**flore**| cum videret habitum iuvenilem incrementis animi et corporis idoneum. |**canis**| abstineret iis, quae iuventuti quidem condonantur, sed in senibus turpia habentur. — 5. |**simplicior**| rudis et nihil exquirens in usum, sed satis habens sumere obvia. |**fortuitis**| obviis. Latin. Pacat. (immo Mamertin. c. 11, 4) *contentus obvio cibo, fortuito poculo* (*gaudens castrensi cibo, ministro obvio et poculo fortuito.* cf. Amm. Marc. XVI, 5. de eodem Juliano: *munificis militis vili et fortuito cibo contentus*). |**in vitium**| nondum abutebatur Deorum vel naturae donis. — 6. |**casus**| forte fortuna accidit, ut homines se inciperent videre. |**insitus**| cum ob ingenitum hominibus amorem sui quisque gauderet intuitu formae suae. |**subiit**| fossis et cuniculis subter terram ductis protulit metalla, quae melius ignorarentur et laterent. |**inpune**| sine noxa sua, quia non serviebat (nisi) culturae agrorum. — 7. |**mala**| metalla nimirum, quae laevigata non hac fini inopinantibus aggesserunt imagines ipsorum. |**aere**| alio vase vel instrumento. |**proprius** (**proprie**)| qui nulli alteri rei serviret. |**nitor**| argentea specula apud veteres. Plin. XXXIII, 9(, 45. XXXIV, 48). Mart. IX, 18(, 5) *nitidum orbem.* |**fragilis**| vitrea. |**incondite**| sine apparatu. |**squalorem**| sordes rustico labore contractas flumen contra decursum ineundo demerent. *opus* pro opere rustico. |**cura**| verbum proprium in comptu capillorum. Horat. (Ep. I, 1, 94) *curatus inaequali tonsore capillos.* Petron. (c. 107, 13) *distulit propositum curationis* (*curationis propositum*). — 8. |**sibi . . . invicem**| *sibi* poterat commode abesse. |**effundere**| prolixum habere. |**artifice**| ornatore. Tac. Germ. (c. 38) *ornatorem habent* (ita Freinsh. voluit e cod. Hummel. reliqui *ornatiorem*, sc. capillum). |**quatiebant**| iactabant. |**auro argentoque**| Stat. (Silv. III, 4, 91) coma Earini: *gemmis et auro* (*crinem . . . auro gemmisque locant*). |**publice**| ex aerario. — 9. |**filias**| Africani patruus Cn. Corn. Scipio. Val. Max. IV, 4(, 10). Apul. Apol. p. 286 (ed. Elmenh. c. 18). |(**cum illis dos**)| quadraginta millia aeris. si fuit aes grave, 900 Kroondaler, si assium semiuncialium, qui circa illud tempus introducti sunt, 250 Kroond. |**titulo**| tantum gloriae domui Scipionis addidit. *facere dotem*, alias *dicere, constituere.* Cic. pro Quinct. in fin. (XXXI, 98. *dotem conficere*). Macrob. Sat. I, 11 (p. 261. ed. Zeun.). Julian. lege 49 de Iure dotium (Dig. XXIII, 3, 49). |**fas**| si scilicet uxor sine liberis decessisset. |**in unum sp.**| in pretium vel sumptum unius speculi. Terent. (Adelph. III, 3, 16) *in sumptum.* Cic. in Verr. l. III, 33(, 76): *Haec in collum, haec in crines.* — 10. |**Processit**| crevit. procedere honoribus, divitiis, studiis. |**militares**| etiam cum ad legiones proficiscerentur, speculum secum portabant. |**nulli non vitio**| locus corruptus. Petrus Faber: *vili munerario*, i. e. gladiatori, qui ad speculum haud dubie discebat statum corporis componere. vid. Schott. Observv. V, 36. Gron. ci. *nulli non viro.*

Lib. II. Cap. I.

|**coelestia**| aetherea. |**sublimia**| aerea vel sublunaria vel meteora. |**quibus mundus**| quae circa dextram coeli faciem terris obversam undiquaque disposita apparent. |**solidumne**| densum, durum, inpenetrabile. unde Homerus dixit *σιδήρεον* (Od. XV, 329. XVII, 565), *χάλκεον* (Il. XVII, 425), *πολύχαλκον* (Il. V, 504) *οὐρανόν*. Sen. N. Q. VII, 13(, 2. *summa coeli ora solidissima est*). Emped. *κρυσταλλοειδῆ*. vid. Diog. Laert. in eius vita (sub finem) et Plutarch. de Placitis Philosoph. (1, 11). |**subtili**| subtile est tenue, rarum, penetrabile, cedens. |**agatur**| ab anima coelesti et intelligentiis s. geniis, ut tradit Aristoteles, qui VII motorum facit orbium minores Deos et ministros et octavum supremum Deum. vid. Phys. (? VIII, 3. 5. 6. 7. 9. 10. ubi agit de primo motore. de Coelo II, 8. ubi docet VII planetarum orbes subiectos esse primo motori.) et Metaphys. XII (XI, 7 et 8). |**agat**| se ipsum moveat insita vi. |**infra se (sese)**| inferius, extra se, ut singularia corpora. |**contextu**| an sint partes coeli. |**sol**| quemadmodum annum per ver, autumnum, aestatem, hiemem perpetua successione variet et velut a meta ad carceres vel ipse redeat, vel annum redire cogat. |**an retro**| illud *an* non bene. Gron. suspicatur *ac:* nam si retinetur *an*, intelligitur, quasi essent contraria, cum non sint. — 2. |**et humanas**| ex Ovid. Metam. (1, 55). |**satis**| frugibus, a *sero*. |**quae solo**| proprie de aedificiis, agris et fundis dicitur. Plin. VI, Ep. 19(, 4. *quae solo continerentur*) et in Iure (Dig. XLVII, 2, 63.) *cohaerere solo*. |**continentur**| Cic. N. D. II(,33, 83). *quorum stirpes terra continentur* (*quae a terra stirpibus continentur*). — 3. |**non ibi**| non in terrenis de eo est agendum. — 4. |**enormiter**| sic, ut orae nulla proportione sibi respondeant et passim se denorment. |**spectet**| rotunda sit. |**in orbem**| et ita contineat partes suas, ut nulla promineat vel protuberet. |**adligetur**| clausum Oceanum veluti grandi alveo coerceat, an ipsa ab Oceano coerceatur. |**sine sensu**| inanimatum. — 5. |**alieni**| permeantis tantum et quasi peregrinantis, in ea non habitantis nec iuncti certis partibus eius, ut in animali. |**terram sequentur**| ad terram pertinebunt. ab Ictis sumptum in Dig. lege 19. de Statu hominum (Dig. I, 5, 19). |**subsederit (consederit)**| Manil. l. I(, 159. cf. 167. *Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem. Idcircoque manet stabilis, quia* etc. et v. 202) *ultima subsedit.* |**cedit (cedet)**| hanc quaestionem sortita sunt superiora. |**meliorem**| ut in legibus partus ventris. lege 5, § 1. de Statu hominum et lege 18 (Dig. I, 5, 5 et 18).

Cap. II.

|**praesumendum**| vulgo, praesupponendum, i. e. praestruendum in antecessum, pro comperto habendum et accipiendum. Cic. simpliciter, *sumere.* N. D. I, 32(,89), de Fin. IV, 18(, 50). |**a quibus**| inter elementa, quae totum hoc, quod est unum, faciunt et replent et vacuum esse prohibent. |**continuum**| uno contextu cohaerens. |**commissum**| ex pluribus integris sibi invicem applicitis conflatum et constructum. — 2. |**tactus**| alii *tractus*. Gron. legit: *continuatio est partium sine commissura conjunctio. unitas est (non?) intermissa continuatio.* — 3. |**nexu**| partibus inter se revinctis. |**acervatione**| partibus inter se accommodatis. |**sensumq. effugiunt**| quae neque videri neque tangi possunt, sed animo comprehenduntur, intellectu percipiuntur. |**parcam**| quomodo caveam dicere, quod aures tuas offendat, quod non propitiis

auribus accipias. — 4. |**philosophorum**| iis verbis, quae citra vulgarem consuetudinem adhibent philosophi. |**unita**| ἡνωμένα. |**remittam**| eo verbo cum abstineam, ne quid insolens audias, tu vicissim aliquid mihi praesta. |**ad numerum**| non respectu duorum vel trium sic loqui, sed respectu compositionis et cohaerentiae me *unum* dicere, non a quo incipit numeratio, sed quod cohaeret eadem substantia. |**nota**| ex hoc genere. sic Petron. (c. 126, 7): *Ex hac nota domina est mea.*

Cap. III.

|**notitiam**| quae scire et mente concipere possumus. |**manu**| quae censetur et exercetur opere manibus elaborato. — 2. |**succus**| chylus, ut anatomici vocant, ex quo iecur sanguinem conficit; quod post concoctionem resistit in ventriculo, nec in excrementum, sed incrementum corporis abit. |**Praeparat**| aliarum enim et partium nutrimentum est.

Cap. IV.

|**supra se**| censebant veteres sidera pasci vaporibus terrae. vid. Voss. Idolol. 704 (II, 65. p. 328 ed. Amst. a. 1668. F.). — 2. |**in consummationem**| placuit naturae universum non esse consummatum sine aere. |**quasi pars est**| locus forsan mendosus. supra dixerat: *pars est universi;* nisi ita explicatur, quasi pars partis esset. |**Habet a. unitatem**| conficit.

Cap. V.

|**id est tam ex illo quam ex ista**| (haec reieci) haec verba videntur ex glossa irrepsisse. |**dividuntur cuique (omnibus stellis dividuntur)**| scilicet pro parte tribuuntur. sic *dividere oscula* apud Sen. (immo apud Horat. Carm. I, 36, 6. apud Senec. est *dividere horas* de adultera Benef. III, 16, 3. *dividere adulteria* de Clodio Ep. 97, 3). — 2. |**mundo**| aetheri, coelo. |**multa poscenti**| pro magnitudine substantiae non paucis alimentis contento. |**sustineantur**| alantur. |**exercita (exercitata)**| sc. e motu suo et regimine sublunarium. |**invasit**| *invadere* pro depascere interdum. vid. Salmas. ad Tert. de Pallio p. 410 (ed. Par. a. 1622). Petron. (c. 98, 9) *utinam hibernum mare me invaderet* (*utinam hibernum invaderet mare*) i. e. voraret.

Cap. VI.

|**ibi futurus**| ut repleat locum, quem illa reliquit. |**inconstantia**| supra I, 2(, 10). i. e. varietas tempestatis. — 2. |**Numquam**| non potest corpus movere se, agere, niti luxatum et dissolutum: continuum et cohaerens sit oportet, et partes singulae fungantur aliquo munere ad contentionem et conatum totius. |**inciditur**| c. 20(, 2), i. e. comminuitur, teritur. |**sparsus est**| non cohaeret, non contextus est. |**inflata nec**| intendi et porrigi aerem liquet ex vesica vel utre inflato, resistente ictui. |**pondera**| moles graves, quas sustinet et fert aer. |**remissae**| soni, aut tenues et languentes aut clari, prout aer impulsus est. — 3. |**intenti spiritus**| Horat. Od. I, 15 (?). — 4. |**iacens**| alias *stratum.* |**pressura**| optt. codd.: *quae aquarum pressura,* forsan recte, ut referatur ad instrumenta hydraulica. vid. Claud. Consul. Manlii in fine (v. 324 sqq.) et Vitruv. X, 13 (c. 8 ed. Schneid.). |**aeris intentione**| ob intentum ac resistentem aerem hoc faciunt. *partes suas explicare* est suo munere fungi. — 5. |**quam ingentem**

(quae ingentem)| quam ingenti vi se promovent. |**vix**| (delevi) delendum. |**quorum**| quae propter exiguitatem in iuncturas, fissuras, rimas, cavitates lapidum se insinuarunt. |**convalescunt**| ita confirmantur, roborascunt. Ep. 2(, 2) *coalescere* planta dicitur, cum radices agit, *convalescere*, cum crescit, opschidt (aufschiesst. Sed ibi legitur tantum *convalescere*, non *coalescere*). |**distrahant (deturbent)**| dissilire cogant. *monumenta* sunt structa opera in genere. — 6. |**Hoc quid est aliud**| huius rei quae est alia causa. |**contra quam n. validius (validum)**| quae si committatur et confligat, in alio non invenit validius. sic in Inscriptt. antiqq. (Grut. Corp. Inscr. e rec. Graevii p. CCCXXXI, 4. *coronato contra omnes scaenicos*) *contra aliquem coronari*, i. e. prae adversariis suis coronam ferre. — 7. |**inbecillam (inbecillem)**| imbecillis calamis nixam. |**distendit**| expandit. |**exigit**| [lege, non *erigit*] expellit in altum, elidit e terra. N. Q. IV, 13(, 6. Sed ibi legitur *erigatur*, non *exigatur*).

Cap. VII.

2. |**facilitas**| mollities et natura cedens. |**in contrarium**| ab illis undique in se retrocedant.

Cap. VIII.

Comma post *vehementiam* tolle et dele *esse*, quod in antiquo non est. *Colligendum est vehementiam* et *colligenda est vehementia*, dicebant veteres. Gron. Observv. I(, 7. Ego locum sic constitui: *Esse quaedam in rerum natura vehementia magnique inpetus nunc sic colligendum:*). |**tam mehercules (mehercule)**| a Gronovio assertum. |**nihil intendi**| nihil potest impetum capere et incitare vires nisi per intentionem. — 2. |**iactari**| in nemoribus. |**plures**| (delevi) absurdum videtur (eius loco Gron. proposuerat: *et turres et*, quod receperunt Ruhkopf et Koeler). |**velocitas**| quod tam celeriter in spatium ingens extenditur. |**milia**| nimirum *passuum*. |**percutit**| per totas urbes auditur. |**paulatim**| sensim se promovet.

Cap. IX.

|**sparsio**| crocus ille liquidus, qui per fistulas ex ima parte amphitheatri ductus in supremam emergit et spectatores omnes odore conspergit. vid. Lips. de Amphith. 26 (c. 15. Opp. vol. III. p. 1034 sq. ed. Vesal. a. 1675). |**crescens**| *crescere* est moveri in altum. vid. Gron. Obss. (III, 1). |**tolleno**| machina, qua aqua elevatur vel trahitur in altum. Liv. XXIV, 34(, 10. Sic lego: *Atqui nec manus nec ullum aliud tormentum* etc.). |**tormentum**| machina funibus torta. — 2. |**commodat**| se tractabilem et obsequentem praebet. |**inserto**| interposito. |**conatur**| varia efficit, veluti in aquaeductibus et hydraulicis. |**nata**| natura sua deorsum tendens, ut omnia graviora. |**sarcina**| onere suo graviora. |**sustineretur**| sc. per aerem aut spiritum permixtum. — 3. |**Discus**| orbis saxeus vel plumbeus planis lateribus ita coniectus in aquam, ut latera illa plana aquam contingant. |**resilit**| non mergitur primo contactu aquae, sed ab ea reiicitur. |**solido**| quod corpus utcunque plenum et densum habet suos poros et eos aere repletos. — 4. |**expeditum**| pronum, facile. |**coit**| supra, quia etiam per intermissa iungitur. |**mediam altitudinem**| medios altissimos montes. |**nobis**| efficitur, ut nos illum transire nequeamus, non, ne ille transeat et sit continuus sibi.

Cap. X.

|**scinditur**| quod ei intercedit, intervenit. |**circumfundit**| supra (7, 2) *circumstat* (*circumsistit*). |**permeat**| post hoc verbum pone duo puncta et tolle *aer*. |**per se**| natura· |**aliunde**| a sideribus et inprimis sole. — 2. |**summa**| maxima (proxima) aetheri. |**aeternorum**| siderum. |**motus**| Benef. IV, 23(, 13). |**circumactum**| substantive, i. e. perpetuam rotationem. — 3. |**tepent**| habent calorem moderatiorem. |**halitu**| ob vapores nimirum fumosque a terra emergentes. |**replicantur**| a terra reflectuntur. |**duplicato calore**| altero, quem dant superne emissi radii, altero, quem replicati. — 4. |**manu**| sc. in tot habitatorum locorum focis. |**eruperunt**| ut in Aetna, Vesuvio, Vulcaniis insulis. |**Hae tot partes**| lege: *fertiles rerum*, i. e. producentes alentesque et sustinentes animalia, sata, arbusta. Sall. (Iu. c. 79, 6. 93, 4) *gignentia*.

Cap. XI.

|**Qui cum sic**| sc. in *summum*, qui siccissimus, calidissimus, tenuissimus; *medium*, qui siccitatis tenuitatisque temperatae, sed frigidissimus; *imum*, qui humidus et densus, sed tepidus. |**audet**| et vis eius magna in terrestria et terrae vis magna in illum, ut e. g. modo pestilens multa millia animalium necet, modo tempestuosus aedificia deiiciat, arbores eruat, sata sternat, modo incensus pendentes ignes minetur etc. |**partibus**| absolute pro *in partibus*, *certis partibus*. |**positiones**| cuius partes spectantes in diversas regiones mundi, hae in ortum, illae in occasum, aliae in meridiem et septentrionem, et ab aliis harum regionum aliter affectae gignunt etiam aliud temperamentum aeris circa volventis. |**siderum cursus**| quae sc. occasu et ortu suo variant tempestates. |**hiemes**| ad Tropicum Capricorni, *aestates* ad Tropicum Cancri. — 2. |**iniurias**| quae terris aut cum noxa praesenti aut cum periculo noxae incidunt. *Coeli iniuriae* Tacito (?) dicitur (Plin. N. H. XVIII, 28, 69. *duo genera esse coelestis iniuriae*). *iniuriae* dicuntur agentis et patientis.

Cap. XII.

|**ostendit**| monstrat quidem hiante coelo pendentem, non descendentem. — 2. |**etiamnunc**| praeterea. |**iis est**| disputatur, controversia est. |**quid proferat**| quae praeparent ignem (ita edidi). — 3. |**radios solis**| aera permeantes et reflexos a terra aut densioribus nubibus. Aristot. Meteor. II, 9. |**cadere (decidere)**| destillatim et guttatim. — 4. |**siccus ille terrarum**| locus corruptus, desumptus ex Aristot. Meteor. II, 9. τῆς γὰρ ἀναθυμιάσεως etc. hinc legit Gron. *quia coacervatus isti* sc. humido: non enim solus terrenus vapor congregatus hoc facit, sed concretio humidi et sicci. Mox enim dicit: *et ut ille spiritus* etc. deinde scripsit: *cum coitu nubium vehementer eliditur alteri*, nimirum *vapori humido*, quicum in globo isto vel acervo iunctus fuerat. scribendum: *deinde vi* (*ubi?*) *latius ferit proximas nubes*. ultimo: *haec plaga cum sono incutitur*. Totus locus sic habet: *Sed siccus ille terrarum vapor*, *unde ventis origo est*, *quia coacervatus est isti cum coitu nubium vehemente*, *alteri eliditur*: *deinde vi* (*ubi?*) *latus* (*latius*) *ferit nubes proximas*; *haec plaga cum sono incutitur*. vid. Aristot. loco dicto (Ego sic edidi: *Sed siccus ille terrarum vapor unde ventis origo est*, *cum coacervatus est coitu nubium vehementer inpactarum*, *a latere eliditur*: *deinde*, *ubi latius*

nubes proximas ferit, haec plaga cum sono incutitur). — 6. |**sinum**| cavitatem, κοιλίαν. Aristot. infra c. 15 (immo c. 9. Παντοδαποὶ δ'οἱ ψόφοι διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τε γίνονται τῶν νεφῶν καὶ διὰ τὰς μεταξὺ κοιλίας etc.). |**velocior sensus**| διὰ τὸ τὴν ὄψιν προτερεῖν τῆς ἀκοῆς. Aristot. loco dicto (c. 9).

Cap. XIII.

|**servant**| qui portiunculas faciunt ignium ex aethere delapsas et in nubibus servatas. |**nostrorum**| physicis sunt ignes culinares. |**Ista**| Gron. mavult: *iste.* non naturali motu deorsum fertur, sed accedente vi aliqua externa contra naturam suam praeceps agitur. — 2. |**deprimatur**| quod eiusmodi vim externam potest pati. |**carpi**| partibus minui. |**levitas**| nimirum ignis, s. coelestis ignis. |**esse potuit**| ad tempus sustineri. — 3. |**Fato (Fateor)**| non recte Fromondus: *Fateor.* vid. Gron. not. Recte dicit, *feruntur,* i. e. propelluntur, non ultro inclinant. |**iniuria**| nullam ille [aether] fert tyrannidem. |**rumpitur**| non secessiones partium. |**Ordo**| disposita illic sunt omnia. |**expurgatus (et purgatus)**| liquidissimus. |**custodia**| quasi excubans in extrema parte et vallo rerum, ut stationes sunt in vallo castrorum. Florus (?) *custodia mundi.* |**operas**| opere suo rectissime fungitur. *Circumire operas,* ut *circumire vigilias.* vid. Gron. not. ad Liv. (XXII, 1, 8). |**incerto**| lubrico; titubanti, quod cadere possit. |**non pugnant**| non impediunt se ideoque nec expellunt.

Cap. XIV.

|**inquit (inquam)**| legendum: nam est obiectio, quam facit sibi ex mente Anaxagorae et sectam illius sectantium. I, 5(, 9). |**ex aethere**| (hoc reieci) haec sententia Anaxagorae, non Senecae. |**Sed plurimum**| responsio Senecae. |**atque hic accendi**| (haec quoque reieci) haec delenda. |**illinc**| ex aethere. |**hic**| in aere. — 2. |**insulas**| domos, aedificia. vid. not. ad Iustin. (XXXII, 2, 2. *concursu insularium*) et Sueton. (Ner. 38). |**diu**| calorem traxerunt ex proxime incensis, etsi non contingat eas igne inflammari. |**in diversum**| lege, quia quae differunt, ubi coniunguntur et cohaerent, habent aliquid simile, quod interdum vix oculi discernant, ut in textura, in arcu diversi colores; sic et limitibus diversarum nationum non ita differunt mores et habitus corporum, ut si utrinque interiores inter se componantur. |**miscent**| coalescunt et sibi conciliantur.

Cap. XV.

|**trahere (detrahere)**| non extrinsecus accipere ignem, sed intus concipere. |**densos**| concavarum nubium constipata volumina evolvit inter se committendo. |**ad secandum**| quia nimirum ab illa regitur ferrum et applicatur imprimiturque materiae sectili. |**ferri est**| ipsam vim secandi ferrum innatam habet, non manus.

Cap. XVI.

|**late**| fusus et expansus sine impetu. *Sipho* est tubus aeneus ad exspuendam in alta incendiorum aquam. Plin. X, Ep. 42(, 2). |**medium**| intra se conclusum.

Cap. XVII.

|**silentio**| sine sibilo in aquam mittitur, cum scilicet temperatur. Virg. G. IV, 172. |**massa**| lamina ferri vel aeris ignita. |**luctatur**| dum laborat inter angustias viam sibi parando. Horat. Sat. II, 6(, 28).

Cap. XVIII.

|**Anaximandrus (Anaximandros)**| lege. |**ictus**| ob dissimilem impactionem nubium. |**per quassum (crassum)**| lege. vid. Gron. (ad h. l.). Sic *quassa vasa* (ad. Marc. c. 11, 2) sunt laesa, et *naves quassae* (Liv. XXV, 3, 11). Sen. (Ep. 30, 1) *corpus quassum*, i. e. aegrum. |**tonat**| et non tamen fulgurat. |**in flammam**| qui non potuit efficere aerem inflammatum. *qui in flammam* lege (abieci *qui*). |**diducentis**| veluti pandiculantis et diducentis et aliquatenus labentis volutatio. Gron. legeret libentius *ἀντὶ τοῦ corruentis τὸ cernuantis.* |**languidum**| iacentem, non emittentem flammas, ut in prunis incensis. |**concursus (cursus)**| sic Mss.

Cap. XIX.

|**Anaximandrus (Anaximandros)**| lege, *Anaxagoras.* |**sic fieri, ut ex aethere**| prout maior vel minor vis ex aethere destillat. |**interscindit**| cum tantum habet virium, ut perfringat.

Cap. XX.

|**Apolloniates**| ad distinctionem *Cynici.* |**antecedit**| ignis significat mox auditum iri tonitrua. |**discreta**| ut non semper aliud efficiat ignis, aliud spiritus, sed interdum etiam spiritus flammam et ignis crepitum. — 2. |**nubes**| quasdam scilicet. |**plurimarum**| quae scilicet obiiciunt sese, nonnullis iam perruptis. |**inpetus**| fulmen tanto impetu veniens prae se impellat multum aerem commotum. |**inciderit**| diviserit, ut supra.

Cap. XXI.

|**praeceptoribus**| antiquis philosophis. |**moveri**| nostro Marte contendere, nostras sententias proponere. — 2. |**percussa**| sed tantum sunt perstricta. |**adusta**| vestigia et notas habent igne ambesorum. |**fuligine**| habent fuligineum colorem, seu habent tactorum lucernae fumo colorem. |**meando**| diversitate motus.

Cap. XXII.

|**excitatur**| Virg. (A. I, 174) *scintillam excudit Achates.* Lucret. VI, 308 (*Fit quoque, ut ipsius plagae vis excitet ignem*). |**percusso**| potest abesse. |**adtritu**| Lucret. I, 895 (sqq.). |**materia**| pro lignis, i. e. non omne genus ligni id tibi praestabit. |**Id in quod (omisi in)**| sic Mss. duplex est sensus: nam potest *tormentum* (hoc quoque reieci) et intelligi de tormentis, et per *tormentum* potest intelligi machina bellica. sed tu intellige, per tormenta excussa. |**vis**| Lucret. *venti vis* VI, 300 (299). |**aliunde**| aliae ex aliis nubibus vel quaeque ex sese. |**Vides**| Dubitas? quasi nescias, quantus feruor sit venturus ad ea corpora, quae fulmine penetrante aut percutiente exanimari continget. |**trita**| vid. Gron. nota (ad h. l.). |**vi siderum**| haec praecedentibus non cohaerent: nam nullam de talibus fecit mentionem. supra forsan, quod sidera faciunt tempestates, sed non videtur.

Cap. XXIII.

|**inicitatae**| nubibus collisae. |**evocabunt**| *evocare* proprium Senecae verbum (Ir. III, 5, 1. 8, 3. Benef. V, 25, 4. VII, 31, 2. al.). |**an splendescat**| fulgur faciat, non fulmen. |**in quantum**| quantopere incalescerent nonnulla corpora attritu. — 2. |**maximis viribus**| post dicit contrarium sibi, ignem caducum excuti. *Cum aer mutabilis in ignem non maximis viribus suis attritus in ignem convertitur, est credibile.* sic Gron. (ego: *cum autem aer mutabilis in ignem maximis viribus suis in ventum conversus alteratur, verisimile est*). |**cursus . . . coniectus**| locus corruptus videtur Gronovio. (sensus:) tamdiu vivit, quamdiu movetur et provehitur, quippe ita missus, ut pabulum non habeat eoque vires non acquirat eundo (ego: *sine alimento proiectus est*).

Cap. XXIV.

|**dicas (dicatis)**| Mss. *dicatis.* |**in verticem**| sese effert in altum et in suprema parte facit instar verticis [in homine] vel scapi [in arbore]. |**aliqua vis**| scilicet solis attrahentis. |**circumageret**| retroageret. Flor. III, 21(, 6). |**imbre**| nimirum in nubes. |**cadit (decidit)**| illa vis, quae movet fulmen, etiam movet deorsum. — 2. |**In his ignibus**| Mss. |**cacumina**| si stirps aut truncus superior arboris est mollis, flexibilis, lentus. |**permiseris**| forsan, *remiseris,* i. e. laxaveris, eum naturali suo motui reliqueris. Sen. Hippol. 1219 (*Coelo remissum*). |**Itaque non est**| frustra es, si rem aestimas eo statu et figura, ad quem invita vel manu et vi, non sua natura venit. |**permittis (permittes)**| hic illud verbum, sed additum *ire.* |**servitus**| id agit non ex ingenio suo, sed ex alieno imperio.

Cap. XXV.

|**edere**| lib. I, 15(, 1). |**humidae, immo udae**| non conspersae tantum, sed permadefactae.

Cap. XXVI.

|**Ignis (omisi)**| vid. Gron. not. (ad h. l.). |**vergens**| nimirum ad naturam aquae. |**prius colligi, tum effundi**| sic Mss. — 2. |**negaverunt**| Theophrastus (p. 427 ed. Heins.). vid. Mureti notas. |**salva**| etsi concedamus veram aquam contineri in nube. |**sudat**| humorem emittit. |**hoc**| superfluum, sed illud saepe apud nostrum. vid. not. (Gron.) ad Ep. 20. |**perimi**| exstingui. |**sine effectu.**| Mart. (XI, 82, 4) de homine castrato: *sine effectu prurit uterque labor.* — 3. |**Refert**| causa differentiae est modus aquae. *refert,* simpliciter pro *hoc refert, illud refert.* |**surgeret**| terrae motu nasceretur. Iustin. XXX, 4. |**interdiu**| Casauboni cod. *interdum*, i. e. interea, interim. Sic saepe Seneca et Quintilianus verba confundunt et alterum pro altero ponunt. |**demum**| ad ultimum. |**ex intervallis**| identidem, subinde. |**quotiens ardor infernus iacentis super undae pondus evicerat**| sic legendum, i. e. quotiens ignis in solo aut fundo conceptus validior erat factus, quam ut posset ab incumbenti mari supprimi vel exstingui. — 4. |**verteretur (urerentur)**| *urerentur* legendum, i. e. vitiarentur igne. |**exesae**| iam ab igne vitiatae et erosae, ita ut foraminatae et fistulosae et leves essent, veluti pumex. |**cacumen**| ut Aetnae vel Vesuvii. |**magnitudinem**| ei saxo paulatim tantum arenarum aggestum est, ut magna exstiterit insula. |**iterum**| non coniungendum cum verbo *accidit,* sed cum *consule.* Horat. (Epist. I,

5, 4). *Vina bibes iterum Tauro diffusa*, i. e. secundo consulatu eius. Erravit ad h. l. Horatii Heinsius. — 5. |**exstinctum**| ignem in terrae mare vehentis visceribus interdum convalescere ad eam vim, ut cogat aquam superne sibi cedere et viam dare, ne aut exstinguatur, quae est vis naturalis aquae adversus ignem, aut coerceatur pondere. |**altitudinem**| profunditatem maris illo loco, ubi emerserit insula. |**subeuntem**| sic Mss. |**tenuis**| modicus et vorax(?). — 6. |**moram**| nihil affert impedimenti generandis ignibus. |**coelo**| nubilo et pluvias minante, aut etiam pluvio. Ep. 53(, 1. *coelum grave sordidis nubibus* et infra *dubio et inpendente coelo*). |**metus**| nimirum fulminis. |**purus**| Mart. (VIII, 14, 3) *puros admittunt soles.* — 7. |**illic**| in ea parte coeli. |**unde**| fulgurat vel micat hiscens coelum. |**tumor**| pars terrae protuberans eoque abscondens, quod in rotunditate coeli videre possemus, si terra plana esset. Manil. I, 219. *tumor*, i. e. inaequalitas. |**sudae et humiles (summae et h.)**| emendatio Pinciani.

Cap. XXVII.

|**motum**| Apul. de Mundo p. 65 (c. 18) *mycetian.* |**mugitibus**| hinc *mycetias.* |**agit m. sonum**| dat sonum lente tractum. |**raucum**| Virg. *raucarum volucrum* (Ecl. I, 58. *raucae, tua cura, palumbes*). Lucan. V (,228): *Boreae post flamina pontus Rauca gemit.* |**itaque**| hic non causale, sed notat *eodem modo, quo,* scilicet sub terra clauditur murmur vel sonus, qui tremorem praecedit. — 2. |**acerbum**| Ep. 24(, 4) et 56(, 5). proprie de pulsu, sed etiam de sono. — 3. |**fragor**| sonitus fractus. |**vivi**| non moriuntur, sed alienantur et nesciunt, quid aut ubi sint. |**mentes**| homines emotae mentis, i. e. insani. |**motu**| rarefactus sese extendat, expandat. |**Deinde**| ad quod cum indigeat laxiore spatio, a claustris illis, quibus circumdatus et angustatus est, ille quasi gemitus ei exprimitur. |**concurrunt**| est quasi claudus pes, qui trahitur; sed omnes Mss. habent.

Cap. XXVIII.

|**Aversas**| partes exteriores manuum. |**plausum facit**| Suet. Ner. 20 (*plausuum genera*). |**ire**| qualitercunque moveri. — 2. |**digerit (dirigit)**| legendum, i. e. dispensat, ordinat et, ut quaeque pars ad sese venit, explicat. Si legatur *dirigit*, est: non vi rumpit, sed commode praeter sese et circa sese quasi in viam ducit. |**sensu**| sine ullo sonitu. — 3. |**in montem actae**| sic codd. |**circumfunduntur**| se spargunt, dissipant quasi adlambendo partes montis. |**aspera**| acuta. |**multifariam**| per multos exitus. |**universus**| semel et imo loco. — 4. |**funditur (finditur)**| flat et reflat. |**Lato . . . ictu**| quo scilicet magnum spatium utriusque corporis eodem momento colliditur.

Cap. XXIX.

|**Debent ergo**| sensus horum verborum: oportet nubes ob utramque causam dirumpi, quod et cavae sint et intentae; qui sensus cum nihil conveniat instituto [neque enim cur dissecentur, sed cur sonent, instituit dicere] et contineat rem falsam [nam cavitas et intentio non est causa scissurae, sed collisio et conflictus]: videtur igitur τὸ *dissecari* vitiosum esse et requiri vel *dissecari cum sonitu* vel tale quid (edidi: *utrimque inseri*). |**Vides enim?**| sic distinguendum videtur Gronovio. |**vocaliora**| quanto majorem sonum edunt. — |**quia illa**| in illis, dum pul-

satur intenta pellis, resistens ab altera parte aer sonitum edit. |**haec ad** (**haec et ipsa aere**)| haec non possunt explicari, quia nescimus, quale instrumentum cymbalum fuerit.

Cap. XXX.

|**corporum**| scilicet aliorum quam nubium. |**abundavit**| i. q. exundavit. |**involutus**| obscuratum est coelum nube arenarum. Plin. VI, Ep. 20(, 11 et 13). — 2. |**texit**| in aere supra eos iactata est, ut eriperet coelum. |**adfricantis**| inter istum motum radentis. — 3. |**efflare**| placet Stoicis eos anhelitus terrae, qui frigidi sunt, cum fluere coeperint, ventos esse. Cic. Divin. II, 19(, 44). |**spiritu**| si mero aere, spiritu constaret. — 4. |**Illa**| solidior et crassior. |**incendiis**| sive terrenorum ignium exhalationibus et fumis. |**verrentibus** (**urentibus**)| Virg. G. III, 201. |**conferunt** (**efficiunt**)| Petron. (c. 115, 20) *inimicis manibus rogus collatus* (*rogus inimicis collatus manibus*).

Cap. XXXI.

|**divina**| excedens humanum modum et vix ulla acie ingenii comprehensibilis. |**Loculis**| marsupium. |**pila**| militaria. |**distillat**| funditur et defluit. Lucret. VI(, 229. *Et liquidum puncto facit aes in tempore et aurum*, sc. ignis subtilis fulminum). |**stat**| non effunditur. — 2. |**hominem**| iacentium frons non invenitur situ naturali, sed respiciens obtorto collo eam coeli partem versus, qua fulmen recessit. |**quod omnium**| in arboribus tactis ea parte, qua fulmen intravit, horret quasi seges acutorum fragmentorum. |**assulae** (**astulae**)| sunt frusta imminuta. Plaut. Merc. I, 2(, 20) *foribus facere assulas.* |**vermis**| da vermes, non concipiunt.

Cap. XXXII.

|**totum**| Plin. II, 53(, 53) vocat *fatidica. in totam vitam* Sen. infra c. 47(, 1). |**decretis evidentibus** (**notis ev.**)| perinde certis eventibus, ac si decreta Iovis, ut fingebantur scripta Parcarum manu, ex tabulario sive archivo superum delata essent. Cic. Tusc. V, 11(, 33) diceret: *quam si tabellis obsignatis agerent.* |**Tuscos**| aruspices. nam aruspicina Etruriae inventum. Cic. Divin. II, 23(, 50) et I, 41(, 92). |**fulminum** (**fulgurum**)| qui interpretantur fulmina. — |**ad deum**| omnium istorum unam causam Deum putant. |**tamquam**| quasi non, postquam ex causis naturalibus exstiterunt, tum etiam aliquid portendant, sed quasi de industria a Deo singula mittantur, ut aliquid portendant. |**sive illis**| sive ob portendendum fiunt sive, cum facta sunt, portendunt. — 3. |**non in hoc**| non a Deo adactae ad locum, ubi augur consedit, sed fortuito apparentes aut naturali instinctu. |**Nimis illum otiosum**| nam minuta non curant gravioribus occupationibus districti. |**disponit**| aliis somnia immittit, aliis fibras pecudum pro eventu commutat. — 4. |**securi**| dum immolantur. Cic. Divin. I, 7(, 12) et II, 16(, 36) et 17(, 38). |**Alia ratione**| aliunde est illa necessitas et catena causarum, ex quibus ordine exsistunt, quaecunque fiunt in terris; quae certo vadunt limite, habent et praeferunt signa rerum ex sese consequentium, quorum quaedam intelligimus, quaedam non habemus explorata. |**fortuita**| quae inopinato nec praecedentibus certis causis eveniunt, ex illis non possis de futuro coniicere. — 5. |**Cuius rei**| quae stato ordine veniunt et sibi haerentia sunt, ex illis dantur praesagia. |**magnarum**| nimirum Iovi sacra, et de regno et victoria. |**corvo**| Apollini sacra. Scal. ad Manil. p. 97 (ed. Plantin. a. 1600. ad l. I, 779) in Addendis. |**ceterarum**| ceterae non

habentur oscines, nec cantus earum pro augurio accipitur. |**in artem**| quaedam non sunt ita observata et pervestigata, ut de iis praecepta tradi possint. Liv. IX, 17(, 10). |**ob nimium**| quod ab illorum tractatione nimis sumus remoti. Apul. *neque enim illos sacris rerum humanarum, sed a contrectatione sola removi.* — 6. |**Auspicium**| aves proprie denuntiant tantum captanti auspicium et neque secundae neque adversae sunt ei, qui in ingressu negotii eas se observaturum negavit ex disciplina augurali. Plin. XXVIII, 2(, 4). |**Ceterum et illa**| locus desperatus, et verba ad sententiam facientia omissa sunt (ego: *Ceterum fiunt et ea quae pereunt*). |**Quinque**| V planetas Chaldaei sibi sumpserunt, quorum potestatem in fatis et eventis hominum observatione comprehenderent. |**excepit**| *excipere* elegans. Cic. Divin. I, 7(, 12) et II, 23(, 50). Tacit. Agric. in fine (c. 45). — 7. |**errorem**| tanta et toties errare faciat mathematicos. |**peritis natalium**| genethliacis, qui ex dispositione coeli in natali hora praedicant futura. |**paucis**| a solis planetis illis V pendere fata nostra existimant. |**vindicent**| aliquid in nos valeant. |**Submissiora**| propiora terris sidera fortasse ob hoc ipsum, quod propiora sunt, maiorem in nos vim exercent. |**mota**| ideo planetae dicuntur stellae errantes et ceterae fixae. |**aliter**| animalia scilicet, tantum ut illis vitam et temperaturam corporum largiantur; nos, ut etiam eventus varios actionum rationalium nobis statuant. — 8. |**immota**| ideo stellae fixae. |**velocitatem**| qui scilicet cum octava sphaera seu siderea coelo paribus passibus procedunt. |**dominiumque**| sic legendum, i. e. non carent imperio in homines. |**adspice**| vid. not. (Gron.). |**distributis**| diversis partibus. |**Non magis**| tam difficile est quam indubitatum.

Cap. XXXIII.

|**exploremus**| divisiones et genera fulminum. |**interpretemur**| rationem divinandi, quid singula significent. |**exoremus**| expiemus et avertamus illorum minas. |**ad formulam**| ad descriptionem et definitionem. Liv. XXIX, 15(, 12) i. e. praescriptum. sic XXXIII, 38(, 1). XXXVIII, 9(, 10). XXXIX, 26(, 2). XLIII, 6(, 10). XLIV, 16(, 7). hodiernis philosophis *distinctio terminorum.* |**firment**| ut secunda visa stabiliant eventu. |**remittant**| tristia visa placati eventu carere patiantur.

Cap. XXXIV.

|**quicquid**| quidquid alio prodigio demonstratum sit, si simul accidat aut mox subsequatur fulmen, prius illud fit irritum. |**fixum**| ratum, necessarium. Cic. Divin. I, 12, (19). |**minuitur (mutatur)**| *minuere* est mutare. |**secundo**| si supervenerit fulmen, cessabit, non erit metuendum. |**ave**| contrarium signum dante. — 2. |**vero**| veritas non habet maius aut minus. |**conparo**| utrius natura sit potentior. |**unum significant (verum)**| *verum* Gron. |**indicia**| decreta rescindit. |**male observata (servata)**| nota variationem, i. e. videntur errasse aruspices vel augures. — 3. |**sed utra (si utraque)**| vid. Gron. (ad h. l.). |**indicandum**| esse alicubi ignem tam certo tibi indicabit fumus quam flamma. |**auctoritas**| potius accipi et credi debet id, quod ex fulmine intelligitur. — 4. |**altera**| extorum vel avium. |**fidem**| et sibi contra illa fecit credi, illis fidem abrogavit. |**fatum unum**| quod constituerunt Dii de nobis et prodigio significant, unum est. |**primo**| nimirum extorum vel avium. |**de quo**| nimirum de fato.

Cap. XXXV.

|**fulmen ipsum**| ne fulmen quidem sine fato venit. |**expiationes**| propria verba aruspicum. nihil aliud sunt quam sacra Diis facta de consilio aruspicum ad avertendas minas et mala denuntiata fulminibus. Liv. XXI, 22 (ibi commemoratur quidem portentum, sed non procuratum. cf. V, 15, 1. XXVI, 6, 15). Suet. Galb. c. 4. Cic. Divin. (II, 63, 130). |**rigidam**| Stoicam. |**excipiunt ista ut aegrae mentis solatia et nihil aliud esse existimant**| qui ista sic audiunt ut ludibria, quibus capti superstitione animi pascuntur et laetantur. *solatia.* Ovid. de Ceyce: *Consulat ut sacras hominum oblectamina sortes* (M. XI, 412. Mea editio: *excipiunt ista et nihil esse quam aegrae mentis solatia existimant*). |**ius suum peragunt**| exsequuntur, quod illis licet. |**misericordia**| erga supplices. |**gratia**| erga sumptuosos sacrificiis. |**servant** (**sciunt**)| nequeunt sisti. |**destinato**| ut semel placuit, progrediuntur. — 2. |**in se**| retro. Gron. Obss. IV(, 5). *nemo fugam in se vertit.* |**moratur**| ne paululum quidem sustinet impetum. |**stare**| non mutare constitutum.

Cap. XXXVI.

|**necessitatem**| sententiam Dei res omnes actionesque certa et immutabili lege decurrere iubentis. |**capite**| Horat. Carm. I, 9, 2(? II, 17, 32). Epod. 2(, 59). |**divina**| ipsos deos. — 2. |**quanto magis**| posse mutari nimirum negandum sit. |**illius**| in Deo scilicet non sit tempus, quippe qui ab aeterno omnia providerit et sic praesentia habeat.

Cap. XXXVII.

|**proficere**| utiliter Deo preces allegari et sacrificia et donaria promitti. |**suspensa**| ambigua et in utramque partem cadere idonea. |**in bonum**| vel feliciter eveniant, vel sine damno transeant. |**in fato est**| fataliter constitutum est. |**si futurum**| tale fere argumentum Arminiani contra nos. — 2. |**interrogatio**| pro syllogismo vel obiectione. Cic. Fat. c. 13(, 29). sensus hic: Vitiosus est ille distinctivus syllogismus, quia membra propositionis disiunctae non sunt plene enumerata, vel quia datur tertium, nempe vel futurum est vel non futurum sub conditione.

Cap. XXXVIII.

|**manus**| concedere. |**si navigaverit**| Horat. (Epist. I, 1, 46): *Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.* |**protinus adfatum**| Gron. uno verbo quod Ciceroni est *confatale* de Fato c. 13(, 30). „hoc quoque simul est additum tanquam pars fati.“ — 2. |**voluntati**| nos tollere sententia illa de fato libertatem arbitrii humani idque totum fato addicere, obnoxium reddere. — 3. |**fati minister**| ille ipse, qui intervenit, ut fatum explicetur.

Cap. XXXIX.

|**Caecinna**| infra c. 56(, 2). vid. et Cic. (ad Fam.) VI, Ep. (5) 6. 7. 8. |**consiliarium**| mentio huius fulminis consiliarii apud Amm. Marc. XXIII(, 5). ita nimirum appellantur, quae dissuadent aliquid fieri, vel quae fieri suadent. |**auctoritatis**| quo scilicet res facta vel approbatur vel improbatur, quo vel additur rei vel defringitur eius auctoritas. |**bono futuram**| hinc illud Cassianum: *Cui bono* (Prisc. p. 1208. Putsch.). cui futuram damnosam vel utilem significat. — 2. |**minatur**| ventura mala. |**promittit**| scilicet ventura bona. |**monet**| cavenda. |**vo-**

cat| Caecinna nempe. |**habet**| est aliqua inter haec duo differentia. |**illud**| consiliarium. — 3. |**timemus**| generaliter, cum timendum habemus, etiamsi neciamus. in Thyeste (?) *sceptra timet* (Hippol. v. 217. *Metue ac verere sceptra remeantis viri*). |**at ultro** (**et ultro**)| brevis locutio. Ir. II, 12. infra in art. 34(?). |**monentur**| scilicet ii, qui monentur, officium hoc accipiunt non desiderantes.

Cap. XL.

|**terebrat**| penetrat, perforat, sic ut vix animadvertatur. |**discutit**| perfringit. |**fuga**| per minutissimos poros via, adeo ut interdum illaesum sit, quod circumdatum est laeso. |**coacti**| in angustum compulsi et spatium petentis. — 2. |**tribus**| nimirum illud igneum. nova divisio infra c. 41(, 1). |**adflat**| adurit. Virg. A. II, 649. |**conburit**| urendo consumit. |**accendit**| in liquidam flammam agit. — 3. |**conbustum**| scilicet subito igne fulminis consumptum. |**accensum**| inflammatum.

Cap. XLI.

|**distinctionem**| ostendam utrique rei aliquam esse differentiam specificam, ut loquuntur philosophi. |**vitiatur**| quod genere coloris manente vertitur in deterius, maculas turpes accipit. |**manubias**| (sic) aruspicibus fulmina dicuntur. Serv. ad Virg. A. I, 46. vid. Fest. (p. 126 ed. Müll.). — 2. |**ex consilii**| maiore numero illorum, quos in consilium advocavit, quibuscum deliberavit, decernente. |**duodecim**| versibus Ennianis (*Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.* ap. Apul. de Deo Socr. p. 42 ed. Elmenh.). |**noceat**| simul aliquid damni portendat. |**involutos**| (abieci) non potest explicari; est locus corruptus. |**quae vastat** (**quia v.**)| quae significat vastitatem et desolationem finium. |**includit** (**in quae incidit**)| obsidionum et carcerum pericula, et si parcius minatur, scilicet non eversum iri statum eius vel populi vel privati, ad quem pertinet, tum tamen quoque denuntiat alium fore [nempe illum statum] quam fuit interveniente fulmine. vid. not. Schotti p. 256 (ed. Hanov. a. 1615. Observv. V, 35).

Cap. XLII.

|**specie**| scilicet frontem et externam faciem horum consideres, non penitus excutias, quid mentis et consilii fuerit auctoribus horum commentorum verius quam praeceptorum. Commune commentum fulmina divino non evenire consilio apud Lucret. VI, 386 (sqq.) late exstat. |**consilium** (**concilium**)| Virg. A. X princ. Stat. I, 198. |**suum**| i. q. cogi ad suos coetus, ad sua comitia. — 2. |**non aequae** (**iniquae**)| inconstantem et non semper sibi similem, aut impromptum esse et ideo aliena ope indigere, advocationem expostulare, ut Seneca alibi (in Ludo c. 14, 1. *et postulat advocationem*). |**iustius**| quasi scopum tangere, ferire, quos debebant. |**successit**| exerravit. — 3. |**secuti**| quod propositum habuerunt. Cic. Off. I(, 11, 35) *sed aliquid secuti sunt* (*sed credo aliquid secutos*). |**inperitorum**| malorum, Stoica lingua, quippe illis eruditus non nisi bonus et sapiens. |**inevitabilem**| iudicaverunt nihil esse fortius metu, nihil, quod minus posset eludi. |**timeremus**| optimi codd. *timerent.* |**adversum** (**adversus**)| quod omnium tyrannorum et improborum potentiam infirmare posse putaretur. |**quibus**| qui non ultro, sed formidine tantum poenae impendente boni sunt. |**armatum**| nam fulmen comparatur armis Iovis.

Cap. XLIII.

|**deliberavit**| deos in consilium adhibuit. |**quia**| affert rationem politicam. |**advocent**| ad poenam non properent suo solorum arbitrio, sed deliberandi tempus sumant et prudentes adhibeant. Sen. Clem. 1, 9(, 2) et 12(, 5). |**placita (nociturum)**| etsi velint et sederit punire. |**consilium**| Iovem etiam consiliariis indigere, consiliarios advocare.

Cap. XLIV.

|**tela**| diversarum virium fulmina pro tempore mittere. — 2. |**altissimos**| summos, excellentes. Cic. Tusc. V, 10(, 31). Fin. III, 8(, 29). |**lusoriis**| nihil afferentibus mali, quasi quibus se exerceret, ut *arma lusoria* dicebantur *rudes*, quibus in ludo exercebantur gladiatores. Lucret. VI, 396 (Sen. Ep. 117, 25. *Remove ista lusoria arma*). |**fulminandum**| stringendum. i. q. damnationis et suppliciorum fulmen. *Fulmen* pro damnatione apud Iuven. (8, 92). vid. Gron. ad Stat. p. 211 (340 sq. ed. Hand.) c. 38. |**elidi**| Gron. *allidi.*

Cap. XLV.

|**qualem**| isto habitu, quo ei ponebatur in manu fulmen trisulcum. |**Vis illum**| Benef. IV, 7(, 2). — 2. |**inconfusus (inoffensus)**| ut certo et ordinato motu, nusquam titubans, nusquam turbatus vel allidens feratur et opus suum peragat. |**mundum**| in praef. l. I (§ 2). Virg. (?) *Errare per omnes fractus* (*tractus?*) *terrarum et mare.* |**inditus**| eadem verba Benef. IV (, 7, 1. *Quid enim aliud est natura quam deus et divina ratio toti mundo partibusque eius inserta?*).

Cap. XLVI.

|**suus locus**| quae ex professo, ex constituto tractanda est, non obiter. l. III, 1(, 2. *et illi suum diem dabimus*). |**Vis eorum**| quod illa faciunt, Deo auctore et permittente fit (abieci verba, *Vis eorum illius permissio est*). |**signum**| ad illius imperium, ad moderationem et ex materia ab illo subministrata moventur; sumptum a militia (scripsi: *Singulis non adest: et vim et causam et manum omnibus dedit*).

Cap. XLVII.

|**Huic illorum**| nimirum quae sequitur. |**in totam**| vertit verba, quae significant ad totam vitam pertinentia. |**unam**| nec singulis rebus eventum qualemcunque promittunt. |**contextum**| ordinem nempe secuturae ad mortem usque fortunae. c. 32(, 1). |**accepto**| seu quis hereditatem mortuo patre adierit, seu vivo sui iuris factus sit emancipatione. Cic. ad Fam. II, 2. Plin. II, 4. *novus status hominis*, cum ex filio familias pater familias fit, et contra arrogatione ex peregrino civis, ex caelibe maritus, ex privato magistratus; *novus status urbis*, ubi primum condita est, vel aliam formam regiminis accepit. |**ad diem**| significare cessant, ubi exiit dies, cuius bonum vel malum casum denuntiaverunt. |**quorum minae**| quae minantur casus, qui expiatione vel procuratione non quidem prorsus vitari, sed in longiorem diem possunt conferri.

Cap. XLVIII.

Haec Senecae obiectio est magis cavillatio. |**ad diem**| terminum habent, quasi paria faciunt et debere desinunt: nam proprie *respondere ad diem* dicitur debitor, qui iusto tempore

solvit, qui non relinquitur. Cic. ad Att. XVI, Ep. 2. (sic edidi locum: *finitum est, quia multa significant et quod*). |**illorum p. confessione**| et ipsi statuunt certum tempus, ultra quod praedicta fata se prolatari non sinunt. |**ultra quod**| quia tempus, in quod patiuntur se proferri illorum minae, termino aliquo cluditur et coercetur. illud *non* potest omitti, et elegantius. — 2. |**stata**| ut in formulis iuris *dies status, condictus cum hoste*. Plaut. Curc. (I, 1, 5). Cic. Off. (I, 12, 37. cf. Cinc. ap. Gell. XVI, 4). |**incerti**| infinitum definiri non potest, claudi et comprehendi terminis non potest. |**inspicienda**| praecepta de illorum generibus et natura. |**passim**| confuse, turbate, sine ordine et methodo. |**dederat (dediderat)**| qui in hac arte ediscenda laborabat. — 3. |**partes**| scilicet singula explicare per subiectas species et varietates. |**in inmensum (in inmensa)**| finem non inveniam.

Cap. IL.

|**repetuntur**| denuo instaurari iubentur. |**per speciem**| quae, ut Seneca alibi loquitur, compotes faciunt malorum suorum, seu concedunt male optata ac desiderata. — 2. |**malo futurum**| tanquam Varroni alicui. supra (c. 39, 1) *esse bono malove*. |**conpendium**| lucrum. |**consentiunt**| quibus confirmantur fulmina vel prodigia ante missa. Virg. A. II, 692. |**adterranea**| locus ambiguus. — 3. |**procurata**| locum vel corpus ante fulminatum nec factum bidental. Pers. Sat. II, 25(27). |**comitium**| pars fori Romani. |**principalia**| arx, curia, theatrum, Capitolium. |**arcessunt (accersunt)**| unde ara sacrata Iovi Elicio a Numa. Liv. I, 20(, 7). Ovid. Fast. III, 285 (328). |**domino**| in eo aliquid absurdum videtur. *Domini* κατ' ἐξοχὴν dicuntur quidem apud veteres, qui convivium dabant (locum sic restitui: *Sed ne arcesseretur invitus, hunc venire cum magno insultantium periculo adfirmavit*). |**periculo**| quod expertus creditur Tullus Hostilius, tertius Romanorum rex. Liv. I, 31(, 8), |**advocata (invocata)**| ut scilicet advocatus, qui auxilio est in iudicio.

Cap. L.

|**Etruscorum**| Etruscorum peritiae addiderat acumen et ingenium politum Graecis peculiare. Flor. I, 5(, 1). Tac. Agr. c. 5. Sen. Hippol. 656. |**adversa**| post hoc verbum videtur aliquid desiderari, nimirum *quaedam mixta*: nam sequitur postea *mixta*.

Cap. LI.

|**perit**| non observatur, ut supra.

Cap. LII.

|**materiam**| pro omni corpore. |**vexat**| cuicunque impingitur corpori. |**Valentiora**| duriora. |**iniuria**| non statim veniens fulmen recipiunt et ei locum dant. |**cedentia**| mollia et admittentia. |**confligit**| in his vim suam exercet. |**rarioribus**| apertiores poros habentibus. |**opportuna**| saepe habuimus. |**in tigno**| in robusta sive roborea trabe. |**contumax**| resistens et se defendens, ut in Phaedro (IV, 8, 5). — 2. |**quaeque vis (quaecumque vis)**| scilicet vel purae flammae vel spiritus vel crassi ignis. supra c. 40. |**ex ipso**| ex notis vexatorum. |**fulmen**| quale scilicet fuerit, flammeum, an ventosum, an igneum. |**interioris**| ambo verba (*interioris arboris*) delenda, saltem *interioris* (delevi utrumque). |**perstringit**| circumcirca radit et, quasi pilo in mortario contusa essent, plicat (scripsi: *folia pertundit ac stringit*). |**gelat**| stare facit quasi glacie circumdatum. |**fundit**| liquefacit.

Cap. LIII.

|**habitum**| cum desinit stare et incipit fluere. |**coegit**| Virg. G. IV, 45. |**adligari**| congelari. Benef. IV, 23(, 1). Mart. VIII, 64(, 9). — 2. |**potentiam**| pestiferam qualitatem, ut supra. |**cadunt** (**cadant**)| pereunt. |**haustus**| naribus ductus animi deliquium parit. Apul. Met. IX, p. 228 (ed. Elmenh.). |**vacui**| otiosi haec retractabimus. |**quantum**| illud *quantum* videtur delendum et scribendum *fluxisse* (scripsi: *quam omnia ista a philosophia parente artium defluxerunt*). |**inspectione**| supra c. 48(, 2) *inspicienda*. i. e. praeceptis Etruscorum de fulmine. sic *spectio* apud Festum (s. h. v. p. 333. cf. Varro L. L. VI, 8, 73). |**aere**| nimirum a radiis solis.

Cap. LIV.

|**adtenuatur** (**extenuatur**)| paulatim densitatem illam, quam ex terra secum traxit, amittit. — 2. |**universam**| totum simul erumpit. |**valentissimum**| maximam vim habet generandis flammis. Genas. p. 152 in nott. (?)

Cap. LV.

|**inpactus**| scilicet in scopulum, in littora. — 2. |**exstinguentia**| humida et frigida evadens. |**ex his tr. stellis**| fulgores illi. |**adsiduam**| perpetuam. — 3. |**non ob hoc**| non haec causa fuit tonitrus, sed forte eodem tempore, dum fulgores illi transcurrerent, tonuit. |**motu**| in mari apparere aliquid lucidum, qua remi ducuntur. |**intra**| non prosiliens.

Cap. LVI.

|**conatus** (**conatum**)| velut in foco, qui, cum primum accenditur ignis, non statim firmus vel validus est, sed modo in flammam enitescit, modo subsidit. — 2. |**nomen**| qui emersisset ad famam facultate dicendi, nisi incidisset in aetatem Ciceronis, cuius claritudo alium prope se non patiebatur agnosci. *umbram facere* est obscurare. Sil. It. XIV(, 24. *Iam montes umbrare olea*. cf. supra I, 3, 4). |**ad significandum** (**significandam**)| ut naturam rei celerrimae ipso etiam vocabuli sono exprimerent. Lucret. (V, 767. VI, 159. 173. 213. 217) *fulgit* pro *fulget*. vid. Non. (506, 8 et 9).

Cap. LVII.

|**accommodavi** (**commodavi**)| aliorum opiniones descripsi. *ac* delet Gron. |**Non miraris**| nemo neget, opinor, aerem ipso motu reddi subtiliorem, deinde ex eadem subtilitate erumpere ignes. |**liquescit**| res cuius veteres saepe meminerunt, sed non invenerunt fidem apud nos. Virg. A. IX, 588. Lucr. VI, 178 et 306. Ovid. Met. XIV(, 826) in apotheosi Romuli (Stat. Theb. X, 528). — 2. |**intentum**| pro intentatum. sic *intendere manus* apud Tacit. (A. IV, 3. VIII, 14) et opponitur *iacto*.

Cap. LVIII.

|**utique**| construendum cum *reverti*, i. e. semper redire. |**subsidere**| non semper redire ex corpore icto, sed aliquando in eo manere, tum nimirum, cum pinguia ignium pabula gravitate sua illud detinuerunt. — 2. |**adsiduus**| longo tempore durat. |**fortior** (**fortius**)| in eo aliquid absurdi; sed videtur dixisse: *fortior* est spiritus ille, qui incitat fulmen, qui dat ui intentionem et impetum ad currendum, non est res ordinaria, perpetua, stabilis et durans, ut in lon-

gum possit alere ignem, sed ubi vehementior factus est et viribus crevit, per ipsam volutationem in ignem versus contineri se amplius non patitur. |**evasit**| erupit e nube, non amplius cum illa luctatur. |**pugna**| inter ipsum spiritum et nubem. |**dissolvitur**| citerius finitur. — 3. |**obliquus est**| natura sua non recta sursum vel deorsum tendit, sed in latus vagatur et transversus huc illuc sese flectens fertur. |**obliquus esse**| qui ignis naturaliter ascendit, nunc autem vis illa volutati spiritus eum defert; incipit fulmen ex igne et spiritu constans in transversum agi interea, dum haec duo mixta inter se luctantur et ita miscentur, ut sit sua utrique vis.

Cap. LIX.

|**excuti volo**| ita Mss. vid. in Ind. (ed. Gron.) *quam* (cf. Gron. ad Sen. Clem. I, 18. et quae collegit Fr. Haase ad Reisigium annot. 402). i. e. volo magis, malo (scripsi *excuti volo, non naturam indicari*). |**salutare**| ad mores pertinens. — 2. |**imus**| cum scrutamur arcana. |**tractamus**| aetherea consideramus. |**vindicandus**| vindicandus ab affectibus et roborandus adversus vitia et fortuita. |**eruditis**| sapientibus et philosophiae soli vacantibus. |**effugiamus**| non ex spe futurum, vel effecturos nos, ut nihil nobis accidat. |**iaciuntur**| ab omnibus partibus patemus et expositi sumus fortunae. |**Invicti**| possumus praestare, ne avertamur, ne succumbamus; ne infestemur et allidamur, non possumus. |**interim**| interdum, aliquando. — 3. |**resolvant (resolvatur)**| mortem deferant. |**donat**| amittit. vid. not. (Gron. ad h. l.). — 4. |**Alia fortuito**| aliae clades velut bella, naufragia etc. his graviora, illis leviora immittuntur; alii maiorem, alii minorem eius partem accipiunt (dedi: *talia varia formidine disponit mors*). |**iratis dis**| tam ii, quos amant Dii, quam ii, quos oderunt, mori debent. |**animus**| audeamus igitur obviam ire, vel quia nulla spes est evadendi. |**fugam**| quibus nullum aliud praesidium dedit quam celeritatem pedum. |**temptant pugnam**| quamvis sine viribus, resistunt. — 5. |**animus**| viri fortes et desperati. |**proditos (perditos)**| expositos et ab omni auxilio desertos. |**reservamur**| omnes sustinemur, non ut semper simus, sed ut per vices serius ocius moriamur. *Paria gladiatorum* dicebantur *reservari*. |**revocabit**| resolvet in sua principia et faciet, ne usquam appareant. |**nec de re**| nec in discrimine est, futurum sit, an non; sed quando futurum. — 6. |**ambitu**| omnibus precibus. Iust. I(, 3, 2) *magna ambitione*. |**contemneres**| *contemnere* est vilem et ignavum ducere. |**capitale**| omnes sumus quasi damnati. — 7. |**extrema**| Ep. 18(, 9). — 8. |**vertitur**| utrum eo tantummodo tempore vita tua est in periculo? |**speciosissimum**| genus periculi honestissimum et decorum maxime. |**procurabitur (procuratur)**| si mors tua sacrum induet, ob mortem tuam sacra fient. |**supervacuus**| desierit esse usus tui, sed aliquid magni portenditur. — 9. |**conderis**| in religionibus erat, ut reliquiae corporum contactorum fulmine eodem loco, ubi icta essent, sepelirentur, locusque sepimento circumdatus sacer haberetur. Lucan. I, 607. Quint. Decl. 274 (*Tyrannus fulminatus*). |**inane**| ad vanum strepitum turbati aeris. |**effulsit**| coelum micuit. |**exspiras**| metu praemortuus es. |**deiectione (delectione)**| exanimatione nullus esse. |**de tanta mole**| tolle *de*. i. e. te non peti, qui, cum sis res fragilis, caduca, minimo impetu elidenda, nihil habeas, quod non possit perire, nisi tanto apparatu, quod defendat te, nisi tanto opere tibi mors instruatur (scripsi: *te tanta morte perdendum*). — 10. |**confusionem**| propter te misceri nubes et aerem bellare, propter te tonare et fulminare: gaude, quod tibi tam solemne fiat munus. |**Sed**| Sed libero te ista cura et

cogitatione: nam si accidet te fulmine perire, citius accidet, quam id metuis. |**donat**| ut supra (3). |**effugit**| non timuit, priusquam audivit; simulatque autem audivit, eo certe ictus non est, quod audivit.

Lib. III. Praef.

|**Non praeterit me**| non ignoro. |**circuire**| per omne coelum contemplatione ac litteris ire. |**consequar**| quanto tempore opus erit, ne quid ex tam numerosa tractatione me effugiat. |**sparsa**| tam diffusam et variam (tractationem) in unum corpus redigam. |**obicit**| quasi exprobrat tum debuisse hoc agi, cum fori, aulae, curiae officiis servirem. |**utilioribus**| operibus detrahe (quid haec sibi velint, nescio). |**sarciat (sarciet)**| labore compensemus. — 2. |**Non**| Virg. A. VIII, 411. |**recidantur**| minuantur. Floro (II, 18, 10) *amputati sumptus* (*Ad hoc scorta, calones, sarcinae, nisi ad usum necessariae, amputantur*); Phaedro (IV, 19, 25) *circumcidere impensam.* (Sen. ad Helv. 12, 2: *Circumcisae sunt peregrinantium sarcinae*). |**longe**| ut scilicet habebant Romani foenus et latifundia in longinquis provinciis et ipse Seneca: iniicit enim mentionem de possessionibus suis Vit. Be. c. 17(, 3). de foenore Tacit. An. XIII, 42. Sen. Ep. 77(, 3). |**solvatur**| omittatur, ne distringat. |**in ipso fugae imp. (in ipso fine)**| in eo ipso momento, quo comparat se ad exeundum e corpore. |**brevitatem**| aestimabit, quam sibi breve restet et propterea omne bene collocandum sit. |**diligenti**| ex reliquo nihil otiosum transmittendo. |**Fidelissimas**| ubi poenitet factorum, nihil mitius quam meliora in posterum consilia capere. Petron. (c. 91, 7) *si bona fide poenitentia erit* (*poenitentiam emendas*). vid. Gron. Obss. IV(, 13). — 3. |**Tollimus**| Virg. in Georg. (III, 207). |**post meridianas**| sero et advesperascente die vitae, meliore parte diei, i. e. aetatis transacta: alludit ad dictum M. Crassi, qui expeditione Parthica iter faciens per Gallo-Graeciam cum Deiotarum aetate gravem offendisset urbem condere: „Duodecima, inquit, hora, rex, aedificare incipis;“ et ille ridens, „Ne tu quidem, inquit, imperator, valde matutinus ducis in Parthos.“ Nam 60. annum Crassus excesserat et maiorem aetatem vultu praeferebat (Plut. in Crass. c. 17). — 4. |**velocitate**| consequuntur idem in via properando, quod alii maturius eundo. |**sine aetatis**| non deprecantes munus praetextu ingravescentis aetatis. Liv. (XXVI, 22, 5) *excusare valitudinem oculorum.* Tacit. (An. V, 2) *excusare magnitudinem negotiorum.* |**Crescit**| cupiditas augetur. |**proposito**| et cogitat magis tanto alacrius sibi incumbendum, quia multum restat operis, quam desistendum, quia parum superest vitae ad opus perficiendum. — 5. |**Consumpsere**| exhausere et immortui sunt operi. Petron. (c. 88, 3) *Democritus aetatem consumpsit.* |**conponunt**| res gestas describunt. phrasis petita a curia et officiis secretiorum actuariorum. Tacit. An. V, 4. |**passi**| victi, debellati. |**ausique**| nimirum victores. |**mala**| in se emendando elaborare, nimirum inscitiam et malitiam pellendo. |**latrocinia**| iniusta bella. |**planum**| loca humilia et aequa. |**exaruit**| humido vitali consumpto perit. Valde invehitur nonnumquam Seneca (Ir. III, 17, 2 et 3. Clem. I, 25, 1. Bff. VII, 2, 6. Ep. 94, 61. al.) in Alexandrum, et tale Lucani iudicium X, 20. — 6. |**cladibus**| vastata Hispania instructior. |**pertinax**| in cedente et succumbente Carthagine. |**reges**| ab uno ad alterum concesserit. Antiochum et Prusiam intelligit. |**ducem promittens**| sese offerens. dele τὸ *se.* Iustin. (VII, 6, 1.) *magnum spondens virum indoles* (*ingenium, quod magnum spondebat virum*). |**etiam sine exercitu**| et tali exercitu, qui nomen exercitus ob ignaviam non

merebatur. alludit ad Caesaris dictum apud Suet. in Iul. c. 34. (scripsi: *ducem promittens, exercitum petens*). |**angulis**| est proverbiale genus loquendi. Cic. in Pis. c. 26 (? Cat. II, 4, 8. *nec ullo in angulo totius Italiae*). Liv. XXXV, 19 (? XXIX, 5, 9. *si Poenus sub angulo Alpium quietus se contineat.* Vell. II. 102, 3. *in ultimo ac remotissimo terrarum orbis angulo*). |**pati**| vid. not. (Gron. ad h. l.). — 7. |**fortunae**| nihil nisi fortunae fontes, velut divitias, honores, potentiam sectantur et aucupantur. |**sustinere** (**substituere**)| secunda dare, non ut propria et perpetua habeamus, sed ut eorum interventu diutius adversa toleremus. |**alternae**| mutantur haec et sibi invicem succedunt. — 8. |**ista** (**haec**)| quibus nunc putas ascendere te in arcem felicitatis. |**si te** (**ubi te**)| *si* est *an*. Flor. in bello Cimbrico (III, 3, 6) *si quid ad uxores* etc. |**si te** (**ubi te**)| an non in medio cursu se subductura et te praecipitem datura sint. |**habebunt**| sistent, non ubi tu voles, sed ubi illis placebit, ubi fortuna fatigabitur. |**ad imum**| noli desperare, iacentium est resurgere. haec semper ante oculos habenda. — 9. |**Iniri** (**Inveniri**)| non possunt recenseri. |**ab aliis**| in eo aliquid absurdum: si posset poni *ab invalidis* vel tale quid. |**molliter**| parcente manu, ita ut aliquid pristinae beatitudinis relinquat. |**nullas**| scilicet ut omne illarum nomen deleatur. |**in natura** (**ex n.**), quia nostrae parvitatis comparatio facit illas magnas. — 10. |**in rubri**| in fine terrarum castra metatum esse. *rubrum mare* solent appellare terrarum finem. Liv. XLII, 52(, 14). |**iniurias**| ad infestandos et vexandos alios. alludit Alexandrum, dum Oceanum navigat, et Caesarem, dum in Britanniam transit. |**omne** (**omnia**)| *τὸ πᾶν*, universitatem rerum. |**erigere animum**| magno animo contemnere impetus fortunae et dona. — 11. |**conversatione**| vid. not. (Gron. ad h. l.). |**recideris**| te demiseris. |**caligabis**| caecuties. |**desciscere**| rebellandi genus. Tac. H. II, 77 (ex.). — 12. |**contumax**| indomitus. |**adversus**| non modo abhorrens ab ea et se abstinens, sed etiam illam persequens et compescens in aliis, si potest. |**exspectare**| statum et conditionem vitae non petit speratve a populo vel principe vel patrono, sed fugit sibi eo, quem habet, contentus. faber quisque est suae fortunae. |**intrepidus**| nec pavefactus nec stupefactus; prius ad adversam fortunam, alterum secundam respicit. |**tumultu**| adversae terriculamentis. — 13. |**admittere**| nil sibi conscire. |**puras**| abstinentes alieno et inprimis humano sanguine. vid. Suet. in Tit. (c. 9). Veteres antequam precabantur, lavabant manus. |**dare**| quem postea dominum habeas obnoxius, aut quem hostem timidus et meticulosus. |**adversario**| sine rivali et competitore, secus atque omnia bona fortunae. |**casus**| si non petita ultro affluxerunt et ingesta fuerunt inopinanti, ut Senecae exuli gratia aulae, regimen pueri principis, consulatus, immensae divitiae. |**exitura**| tam nec inopinato recessura. — 14. |**meminisse**| humanae conditionis vanitatem et varietatem semper cogitare. alludit, quod Philippum Macedonem scribunt iussisse sibi dici per ministrum: *μέμνησο ἄνθρωπος ὤν.* |**labris**| quasi dimissurus lubenter ad signum a fato datum. |**iure**| alludit formulam manumissionis, qua dominus apud praetorem mancipium suum manu tenens utebatur: *Hunc ego hominem ex iure Quiritium liberum esse volo.* |**sui** (**suam**)| qui non inservit cupiditatibus suis vel irae. |**intervallo**| sine feriis, sine Saturnalibus, sine missione. — 15. |**multa**| multis indigere non contentus praesentibus. II, 15 (?) Ep. 77 (? Ep. 60, 1. *Quousque poscemus aliquid deos, quasi ita nondum ipsi alere nos possimus?* Vit. Be. c. 6, 2. *beatus est praesentibus qualiacumque sunt contentus amicusque rebus suis*). |**mercedem**| translatio a servis, quorum operas locabant domini, et quod illi meruissent, pro

lucro habebant. Plaut. Asin. II, 4, 35. i. e. fructum tuarum actionum tibi numerare, cum deberes Deo, patriae, naturae, civibus in summa. *Referre tibi mercedem* est, quidquid agis ex commodo tuo aestimare. |**sordidis**| a rebus vilibus, quales sunt, in quibus avaritia et ambitio versatur. |**seducemus**| magis magisque liberabimus a vinculis et servitute corporis occupatum alia meliore re. — 16. |**in occultis**| acumen ingenii in scrutandis naturae arcanis exercitum promptius amplectetur ea, in quibus minus arcanis et subtilibus eandem naturam ducem sequi debemus. |**salutaribus**| moralibus, ut supra (cf. Ep. 68, 12. 94, 26). |**damnamus**| improbamus nec dimittimus.

Cap. I.

|**Iunior (iuvenis)**| cognomen Lucilii. praef. l. IV(, 8). fuisse poetam apparet Ep. 8(, 8). 24(, 20). 79(, 4). — 2. |**intumescant**| inflentur et egrediantur ripas. |**diem suum (suum diem)**| non ponemus in communi tractatione de amnibus. supra II, 46(, 1). — 3. |**interiora**| interiores partes corporis humani. Plin. I, 7 (? XXXI, 3, 3. 4, 28). Vitruv. VIII, 2. |**potu**| haustae. |**levant**|morbos medentur.

Cap. II.

|**colliguntur**| torrentes et aestuaria. proprium verbum. infra c. 3. |**varias h. venas**| aliquando scaturientes, aliquando haerentes et nihil eliquantes. |**salsae**| Ovid. M. XV(, 286) in oratione Pythagorae: *salibus vitiantur amaris.* — |**cogantur (coguntur)**| Vitruv. VIII, 3. |**fecunditatem adferunt**| sollicitant partum. Plin. XXI, 2(, 4).

Cap. III.

|**devexo**| proclivi. |**continetur**| non excedit locum. |**in adversum**| in sese, in partem editiorem, unde decurrebat. |**spiritu**| vento. |**cogitur**| vi exteriore contra naturam fertur. |**in Fucino**| quem magno opere exsiccavit Claudius (Tac. An. XII, 56 sq.). — |**montis**| quidquid ex monte circumsito defluit, sive e nivibus liquefactis, sive pluviis deiectis. *eluvia* legendum (pro *pluvia.* sic locum restitui: *in quem montes circumiecti quicquid fudit pluvia derivant*). |**undae (venae)**| al. *venae,* recte: cum hiberni defluxere torrentes. |**faciem**| cum desierunt fluere, exsiccati sunt aestivo calore, magna restat istic aquarum copia.

Cap. IV.

|**accessionem**| non crescant affluentibus amnibus. |**detrimento (detrimentum)**| quod terra tantis aquis emissis non minuitur, non subsidit.

Cap. V.

|**non in suum**| non retinent et partem sui corporis faciunt, sed alia parte eidem terrae refundunt. |**colaturque**| defaecatur. |**sinceram**| dulcem.

Cap. VI.

|**semper aestiva**| tali calore, qualis est in media aestate. |**Squalidae**| *squalidum* opponitur *nitido.* |**conbibunt**| appetentes absorbent, ita ut mox pluisse illic nescias.

Cap. VII.

|**diligens fossor**| solitus me multum exercere vineis fodiendis. |**crustam**| vocat ipsam terrae superficiem. Plinius *cutem terrae* II, 42 (? XX, 19, 79. *in summa terrae cute*), *corium* XVII, 4(, 3). Palladius (X, 10, 4) *cratem*. vid. Gron. Obss. III, 18. |**tangit (tingit)**| hunc locum citat Gron. Obss. III, 18 (scribit ibi: *vix summam cutem tangens?*). Ovid. (A. III, 269) *tangat sua corpora virgis.* — 2. |**satiata**| plena humoris. |**si quid supra**| si plus quam sitit vel sitiens appetit. Liv. XXI, 4(, 6). |**trahit**| Horat. Epod. 14(, 3) *ducentia somnos pocula traxerim* (*Pocula Lethaeos ut si ducentia somnos Arente fauce traxerim*). |**nudas**| non vestitas arbustis aut gramine. |**insideant**| in cuius raritatem vel poros sese insinuent atque ibi maneant. — 3. |**putei**| fossi; sic *agere cuniculos.* |**inveniunt**| pro „in puteis actis inveniuntur uberes venae.“ |**coelestem**| pluviam. |**collecticium (collectivum)**| ad tempus aliunde congestum, ut in torrentibus. |**vivam**| Virg. (A. II, 719) *donec me flumine vivo Abluero.* |**sursum agi**| ex interiore terrae sinu sursum, in altum mitti.

Cap. VIII.

|**exteriore (exteriori)**| in superficie terrae. |**ingenti spatio**| multum loci occupant. |**stagnare**| diffusas esse. |**in altum**| profundior est.

Cap. IX.

|**recessus**| magna et spatiosa inania instar camerarum fornicata et suspensa, ad quae replenda, ne vacuum detur, multum aeris aut spiritus ex inferiore solo exhalati requiritur. |**cum se desiit**| cum ita condensatus est, ut se amplius cogere et coartare non possit. |**Quemadmodum (Sicut apud nos)**| quemadmodum decidit imber aere in aquam mutato. forsan: *imbrem facit* (olim, *umbram facit*). |**agit** (abieci)| movet, currere facit. |**segnis**| immotus et colligens humorem. |**tenuatur**| exhauritur et exsiccatur eius densitas. |**ventis**| cum coeuntem difflant venti. |**intervalla**| non continentes sunt imbres, sed et cum coeperunt cadere, identidem interrumpuntur. — 2. |**inexercita (inexarcitata)**| nunquam agitata et soluta ventis. |**quia non aere**| scilicet ubi possit alioquin vel a sole tenuari vel a ventis discuti.

Cap. X.

|**in extremum**| ex omnibus partibus mundi infimam. — 2. |**Quid si**| genus respondendi, quasi diceret: „perinde est, ac si mireris.“ (Cael. ap.) Cic. ad Fam. VIII (, 8, 4) *quid si filius mihi fustem impingere velit?* (*Quid si filius meus fustem mihi impingere volet?*). — 3. |**in se redit**| quod in se recipit, quidquid emittit. |**alterni**| transmutationes consistunt vicissitudine mutua. |**in ponderibus**| ad libram et mensuram dispensat, ne, si uni plus conferatur, quam ceterae pensent et aequent, ea promineat propendeatque et suo pondere totum e sede sua convellat. — 4. |**invicem**| alterius in alterum. |**natura**| phrasis iuris, ut *iure suo uti.* i. e. agit ad quod agendum nata est.

Cap. XI.

|**itinera**| impediuntur solitae viae et moles collapsa implet illud vacuum, quo antehac cucurrerunt. |**quae retentae**| obseptae tentant, si qua alia parte possint evadere, et ubique inve-

nientes obstacula ingenti vi quadam dissolvunt. |**amisso**| obstructo alveo restagnent, operiant ripas. |**viam**| alium alveum excavent. — 2. |**Coryco**| Plin. XXXI, 5 (, 30). |**evocent**| verbum Senecae amatum (vid. ad II, 3, 1). |**Haemus**| mons Thraciae. |**silvas**| muniendorum castrorum causa. Plin. XXXI, 4(,30). |**quas videlicet**| quae antea non prominebant, quia tot arborum radices in suum et suarum arborum, succum sub terra eas occupabant hauriebantque. |**excisis** (**e v e r s i s**)| al. *eversis.* |**humor**| cum cessarunt vivere arbores, sub terra exsiliens extra terram profluxit. — 3. |**umbrosissima**| plurima habent arbusta. |**quibus alimentum**| quae aluntur humore summis terrae partibus insidente. |**ex intimo**| penitis et profundis terrae visceribus. |**excipitur** (**c o n cipitur**)| longe profundis sub terra colligitur. Glossae Isidori: *E x c e p t o r i a, cisternae.* |**radicibus**| quo radices descendant. — 4. |**lacus** (**r i v o s**)| videtur intelligere rivos. Plinius (XXXI, 4, 30) dicit *amnes.* |**obduruerit** (**ob r i g uerit**)| callum in summa cute duxerit. |**inagitata**| rastro scilicet. — 5. |**a fonte**| statim, ubi exoriuntur. |**par est**| pari ubertate aut scaturigine sua manant. *caput* pro *fonte* apud Ovidium (M. II, 255) et alios (Lucr. V, 271. Hor. Od. I, 1, 22. Virg. G. IV, 368. Vitruv. VIII, 1. al.). |**aequali**| perpetuam, vivam aquam. |**incitant**| cursum faciunt citatiorem, vehementiorem.

Cap. XII.

|**habere**| nihil restare dubii. |**quarta**| quarta pars est principii, quod principium non habet nisi Deum. — 2. |**Satis**| omnia dixi, cum dixi elementum.

Cap. XIII.

|**Thales**| Iustin. de Scythis (Iustin. Mart. vid. Ouzel. ad Min. Fel. l. l. ubi plura invenies ad hanc rem pertinentia) Minut. Felix (p. 19. ed. Ouzel. Lugd. 1652) Achilles Stat. in Arat. |**surrexisse**| exstitisse, enata esse. |**in eadem**| eandem habemus sententiam. |**occupet**| qui in fatali fine et conversione rerum omnia corripiat et absumat. |**evanidum**| videtur mutandum in *t a n d e m.* i. e. hunc in se abditam habere vim, ex qua omnia paulatim renascantur. — |**ad quartas**| dicitur proprie medicis, quod decoctione ita est deminutum et contractum, ut tantum pars quarta remaneat. Plin. XX, 4(, 11. *e cyathis quatuor.* 13. *ad tertias decocto eorum potu*). XXI, 9(?) *diductionem rerum* vocat, quod Ovid. initio Met. (I, 21) dicit Deum et meliorem naturam diremisse litem eorum, quae contrariae naturae permixta erant in Chao, et inde fecisse IV elementa. *ad quartas.* quasi tribus eius partibus in aetherem, aerem, terram transmutatis et absumptis restiterit tantum quarta pars [aquae scilicet sive humoris] suae et primae naturae. |**vehi**| Manil. IV, 595 (596. *Ipsa natat tellus*). Scaliger non bene mutavit lib. eod. v. 827 (829. *natat orbis in ipso*). |**explode**| indoctam nec philosopho dignam sententiam contemnas, respuas licet.

Cap. XIV.

|**omnem**| fulmina et salientes (flammas. haec pertinent potius ad *masculum*). |**quo lucet** (**q u a l.**)| quo tantum splendet, non urit. Virg. G. II, 325 (sq. pertinet hic locus ad proxima: *feminae nomen* etc.).

Cap. XV.

|**Inpletur**| legendum. i. e. iustum modum acquirit, augescit. |**mitioris**| non scilicet tam saevae, quam est mare. — 2. |**censeo**| vid. Muret. („Senatorium loquendi genus: cum qui sen-

tentiam dicturus erat, probabat quidem quae ab aliis dicta erant, sed addebat aliquid etiam de suo“). exemplum Cic. Phil. 13. cap. ult. |**natura**| vi quadam animata. |**illae**| venae. |**hae**| arteriae. — 3. |**matura** (**mature**)| dum acceperunt maturitatem suam, tempestive. — 4. |**Haec est**| hic nimirum humor. — 5. |**concipiunt**| aegrescunt, noxas alunt. c. 20(, 1). |**senium**| cum vetustate fit deterior. |**sulphuratio**| evaporatio sulphuris sive sulphurea. |**scissura**| os se contraxit. |**retro**| stitit, suppressit. — 6. |**Interest**| quod autem variant illi rivorum et fluviorum cursus, modo tenues, modo uberes, accidit inde, quod aliter atque aliter aperitur ipsa vena aquam vehens, nec uno modo consumitur. |**aqua sit** (a. **deficit**)| legendum: *consumpta* (*aqua*) *deficit modo.* |**coit**| ut vulnus coalescit et cicatricem ducit. |**desinit**| velut infirmus stomachus nequit concoquere pabula humoris et ex iis aquam facere. |**exhausta**| quae exaruerunt, rursus manant. |**inania**| vas vacuum vel locus depressior inanis vicinus exundanti ducit, quod in altero superfuerat. — 7. |**in tabem**| putrescit et ex corruptione fit madida. |**gravioremque** (**graviorque**)| Mss. *graviorque*, recte. i. e. ut condensetur [densatur autem magis, quo plus habet humiditatis l. IV, 2 (? cf. III, 9, 2)]; nec iam sustinere se posset atque ita velut gravida velleretur emisso humore, quemadmodum uterus. — 7. |**sudorem**| eadem vox eadem significatione in libris Iuris (Ulp. Dig. XLIII, 19, 1). |**aquileges**| sunt artifices inveniendorum fontium et aquarum latentium sub terra ad faciendos aequaeductus. *libratores* in Iure (cf. I. Polen. ad Front. de Aquaed. 18. p. 61 sq.) vid. Vitruv. VIII, 20 (? VIII, 6 ed. Schneid.). |**guttae**| Vitruv. VIII, 1. *stillae* dicuntur. |**pressura**| ex copiis in angustia se prementes emicant, vel a sole extrahuntur. |**conceptibus**| ex ingenti colluvie subterranea. vid. Front. de Aquaed. (saepe *concipi aquam* scribit). proprium in hac re verbum. |**leviter**| quasi prosequentes et tantum radentes terram. |**pondere**| si non est admixtus spiritus. |**cum sono**| prosilientes cum magno impetu et murmure.

Cap. XVI.

|**senis**| Plin. II, 103(, 106). |**occasionem**| specialem huius rei causam in singulis indagare. |**quartana**| accessiones et remissiones febris ordinariae suas habent horas. |**ad tempus**| certum tempus (Gron.) Obss. III, 47. |**purgatio**| commune vocabulum proprium fecit imitatione Graecorum. καθάρσεις mulierum menses. Hippocrati ἀκαθαρσίη suppressio menstruorum (vid. Casaub. ad Athen. III. p. 99e) et femina ἀκάθαρτος Athenaeo (III. p. 99e) ᾗς ἐπεσχημένα εἰσὶ τὰ γυναικεῖα. *purgatio* igitur menstrua, iusta muliebria, ut vocat Columella (X, 359. *Femina, quae iustis tum demum operata iuventae Legibus*); alias *morbus.* |**praesto**| ut in gravidis conceptus decimo mense est maturus. — 2. |**per constituta**| omnia referre per vices et tempore stato. Flor. II, 6. |**incanduit** (**incaluit**)| sic Mss. in ira homines dicuntur fervidi. |**retulit**| tenuit eos dies, quos semper. |**Sunt et sub**| natura regit se non minus certa lege, etsi nobis non tam conspicua. |**recessus**| sinus. |**suspensis**| fornicatis, pendentibus. — 3. |**inlapsas**| in quos terrae motu eversae urbes desederunt, adeo ut mox coeunte terra ne vestigium quidem illarum appareret. |**caeco**| clauso et immobili. |**eruuntur**| effodiuntur. de piscibus his Athen. VIII, 3. Cordova cap. 8 Didascaliae multiplicis (Lugd. 1615).

Cap. XVII.

|**rei incredibilis (in re incredibili)**| in rem, quae fabulosa videtur, et tamen credibilis propter rationes supra datas. |**maria (in maria)**| forsan, *in maria.* |**Permutabimus**| scilicet ex terra. |**mentitur**| imitatur ex professo. |**vincit (vincitur)**| ita exprimit, ut quod naturale est, in eius comparatione factiticium videatur. |**cubili**| in triclinio, ubi sedetur ad mensam. supra praef. l. I(, 6. *derivata in domos flumina).* — 2. |**mutationes**| crebro variantur, dum quasi in agone se sustinet vita et ultimas revocat vires, priusquam morti concedat. |**garo**| sanie pretiosorum piscium, inprimis scombrorum. |**nec coenae**| non coenae, sed spectaculi causa. |**deliciis**| delectavit nimirum aspicientes. |**pavit**| Suet. Vit. (c. 14, 4) *pascere oculos inimici morte.*

Cap. XVIII.

|**Permitte**| quoniam excursum facit, veniam petit. |**luxuriam**| ne aegre feras, si omissa paulisper disputatione instituta luxuriam castigo. |**aeque**| certis vicibus quasi ad legem et numerum. |**vacatio (vagatio)**| male secum actum putant nebulones isti, quod somno et pigritia torpentes quasi vacationem tam grati muneris habuerunt, quod istam occupationem nescierunt. |**quam sero**| quam tarde didicerunt hoc secretum, quam dolent se tamdiu ignorasse et caruisse re tam delectabili. |**experrecta**| (omisi) luxuria. |**circumscribi**| Cic. Off. III(, 15, 61) *circumscriptores* (immo *circumscriptio adolescentium.* Cat. II, 4, 7. legitur *circumscriptor*). Petron. (c. 112, 6) *miles circumscriptus.* i. e. a se ipso, laetatus istis amoribus. in carm. civil. bel. (Petron. Sat. c. 119, v. 23. *ut fuga mobilis aevi Circumscripta mora properantes differat annos*). — 2. |**Quo**| quid mihi pro deliciis imputas piscem coctum, piscem mortuum? ingratus cibus est, nisi eum in patina et mensa mori videam. |**saperet**| recentissimus esset a mari. |**cursu**| a currentibus portabatur. |**clamore**| dum sibi iubent omnes decedere. — 3. |**eductus**| proprium verbum. Mart. I, 56(, 9). IV, 30(, 9). |**possint**| aversentur, nolint. — 4. |**Quantum**| quanto ingeniosior fit luxuria, praesertim cum propius ad perniciem suam accedit. |**saxatili**| circa saxa commorari solito et capto. |**trepidet**| palpitet. — 5. |**vivario**| ipsum vas vitreum sic appellat. |**peritior**| veteres lurcones certatim explicant suam artem. |**exarserit**| intentus sit, adductus in summam generis sui. |**per latera**| ut quasi virgis sanguineis latera eius distincta et notata sint. |**tempore**| hoc rarum. Catull. Epithal. Iul. et Manl. (?). |**porrigitur**| moribundus incipit rigescere. |**in unum**| exspirans toto corpore coloris est unius. |**sustinet**| nemo tanti facit patrem, ut supremis eius intersit, quem iam dudum desideravit elatum avidus patrimonii. — 6. |**ad rogum**| Petron. (c. 111, 2) *non contenta funus passis* (*sparsis*) *prosequi crinibus.* |**temerariis (temesarie)**| translationibus improbis, ut loquitur Ep. 108(, 34). |**oculis**| sic *oculis libidinosus,* ubi de speculis agit (? I, 16, 7. *oculi quoque in partem libidinis veniant*).

Cap. XIX.

|**fertilem**| quae generent quidem pisces, sed ob aquae, in qua nascuntur et vivunt, pigritiam squalidos, spurcos, non nitentes, quo epitheto alias dicuntur pisces (Ovid. M. I, 74. *nitidis . . . piscibus*). |**horridam adspici**| genus loquendi poeticum. i. e. quam ob foeditatem non possis videre sine horrore. |**ignoto**| quos secum in lucem protulit, cum ipse nasceretur, ha-

ctenus inexpertam. — 2. |**pinguia**| turgida, multum carnis habentia. |**ex qua**| praecipue cibos omnes salutares et utiles corpori praestat. |**latebrosis**| limosis, coenosis. vid. Athen. (VII, 13) de Helena maris anguilla. |**altitudo**| si profundius in coenum se condiderunt, si ex profundiore coeno extractae sunt. — 3. |**conrivatis**| utuntur et Icti. vid. Lex. Calvysii (Dig. XXXIX, 33). |**sinu**| maris, qui in terram intrat. |**aeternum**| habere magnos amnes eiusmodi alimenta, quae nunquam consumuntur, quippe quorum finis nullus inveniatur.

Cap. XX.

|**spiritu**| ex aere vel halitu, ex quo solemni mutatione fit aqua. |**ex vitio**| ex putrefactione vel alia peste, quam contrahunt ex aliqua re noxia extrinsecus accidente. — 2. |**medicatam**| qualitatem quasi pharmaci temperati. |**nitro**| Plin. XXXI, 3(, 22). — 3. |**Medicamentum (Medicatum)**| venenum. |**ut corpora (ut corporibus se)**| ut iis, quibus immittitur, assideat instar glutinis et ea velut stagnet, crusta inducat. |**saxum**| coalescit et concrescit in lapidem. |**solidum**| aliquid duri. |**haeret**| non fluit vel transit, sed stat et concrescit. — 4. |**Albulam (Albulas)**| prope Tibur. Mart. I, 13(, 2). Stat. in Tiburt. Vop. (Silv. I, 3, 75). |**fere**| omnes. |**rivosque (ripasque)**| *rivus* aquaeductus, canalis. vid. not. (Gron. ad h. l.). Lex 61 de Usu fructu (Dig. VII, 1, 61) *parietibus rivum imponere.* male hoc Cuiacius mutare vult. — 5. |**ebrietas**| homines ebrii, donec exhalant crapulam, male sani sunt et caput aggravatum vaporibus e ventriculo ascendentibus aegre sustinentes tandem labuntur in somnum. |**in furorem (furore)**| quatit et turbat, ut furere incipiat. |**sopore**| quasi lethargo vel veterno obnubilat.

Cap. XXI.

|**despexere**| quae Charonia et Averna et Orci ianuas dicebant veteres. Lucret. VI, 745 (sqq.). |**temperatior**| minore periculo nocet. |**temptat**| non occidit, sed solutos paralysi facit. |**Pabuli**| herbas, quas ederunt vaccae, agnoscas gustu lactis.

Cap. XXII.

|**dispositum**| suum locum, suam legem, suum pensum et officium accepit. |**quodcumque**| sive mediterraneum, sive in magnis sinibus, ut sunt Persicus, Arabicus, Codanus. |**inenarrabilis**| qui propter aut vastitatem ut Danubius et Rhenus, aut originis ignorationem ut Nilus, perfecte describi nequeunt.


Cap. XXIII.

|**divisio**| varietas, differentia. |**nubila**| ex nubibus cadunt. |**supernatantes quae in summa humo repunt**| c. 8 (sed ibi agit de aquis abditis).

Cap. XXIV.

|**usui**| aut ad haustum aut ad lavationem. |**in aperto**| in aere frigido calorem exhalavere. |**mixtura**| frigida affusa miscere. |**dracones**| vasa, quae aut a figura retorta *dracones*, aut ab alio usu *miliaria*, aut generali vocabulo *formarum* appellantur. Sic *formae aquaeductus* Lege 27, § 3. de Usu fructu (Dig. VII, 1, 27, 3 et solvere vectigal *pro aquae forma* Lege 39,

§ 5. de Legatis (Dig. XXX, 1, 39, 5); et *aqua formarum* saepe apud Cassiodor. *forma calcei*, een leeste (ein Leisten). *milliaria* et *miliaria* scribitur. |**in quibus**| Ista vasa circumflexis vestiuntur fistulis aeneis paulatim procumbentibus seu declivioribus, dein implentur igni; tum summis fistulis infunditur aqua frigida, quae inter circumeundum momento calescit.



a ex aere tenui fistulae.
b hic frigida aqua intrat.
c ex hoc ore effluit.

|**intrat**| in illas fistulas. |**effluit**| ex inferiore. |**sine igne**| quippe imposita locis halitus calidos emittentibus, ut ubicunque sunt thermae. |**per tubos (perrivos)**| fistulas circa parietes balnei dispositas interius, perinde ut circa miliaria et formas priores exterius. priorem (prae) Britannici lectione (*pertuso lapsus*) rursum fastidit Gron. |**frigida**| aqua frigida in cupis posita in balneo. |**transitu**| nempe illius spiritus vel halitus. |**trahit**| nec spiritus aufert aquae saporem proprium; quem ante habuit [subaudi: et suum vel sulphureum addit], quippe ille ipse spiritus ex loco sulphuroso prodiens tubis aut fistulis clausus permeat balneum. lectionem *e vaporario* Gron. etiam reiicit. |**beneficio**| vi, opera, vel etiam vitio et culpa. Cic. de Univ. (c. 13) *beneficio suo sibi aliquid miseriae quaerere,* i. e. sua culpa (legitur: *nisi quatenus ipse benefactus sua culpa sibi aliquid miseriae quaereret*). sic lege 40 de Damno infecto (Dig. XXXIX, 2, 40). |**caluerunt (caluere)**| praeteritum pro praesenti, i. e. calefactae sunt, calent.

Cap. XXV.

|**nec odore**| quas nec naribus nec lingua aversere, vel differre a salubri aqua existimes. |**advenas**| peregrinos, locorum ignaros. |**duratur**| lapidescit, *coit* Plinio; et ob eandem causam letalis sanguis taurinus. Plin. XI, 38(, 90). |**gypsum**| gypsum madidum. Plin. XXXVI, 24(, 59). |**sub humore**| sic *statuam sub auro locare,* i. e. auratam. *opus sub ascia dedicare,* i. e. asciatum. in Inscript. (Grut. p. DCLXXXII, 9. Orell. n. 249, n. 4464. al.). Manil. (I, 610) *geminum sub arcu Centaurum*, i. e. arcu armatum, sagittarium (msti: *mediumque sub astris Centaurum,* unde Scal. *austris*, Bentl. *armis*). — 2. Hac aqua Thessalica dicunt Alexandrum necatum. Plin. II, 103(, 106. hic commemoratur *Melas.* De *aqua noxia in Thessalia.* vid. XXXI, 2, 12). vid. Muret. (ad h. l.). |**exit**| erodit. |**inficiunt**| colorem addunt illarum lanis. |**Melas**| niger. — 3. |**quem ut**| postquam scilicet. |**pulla**| nigra. |**paratus**| in promptu est tinctor, non conducendus, tincturus sine mercede, sine sumptu. |**Peneum (Peneion)**| Plin. II, 103(, 106). mala Mureti mutatio (*Ceronem*). |**novos**| Schott. *bonos*, sed *novos* potest tolerari, i. e. recentes respectu Theophrasti. |**albo**| substantive. Liv. (IV, 25, 13) *addere album in vestimentum,* i. e. incretare togam. Ovid. Met. III(, 221) *ab albo.* — 4. |**inperitos**| in quo non mergantur homines, etsi natare nesciant. Strabo VI, (,2, 9) de lacu Agrigentino in Sicilia. |**natant**| super aquam feruntur. |**expende**| in bilance pone, scilicet ut altera lanx habeat aquam; puta tot librarum, quot habet alterum corpus. |**modus**| hic non sumendus in figura, sed in pondere. |**leviorem**| illa res, cui praeponderat aqua, si in eam coniiciatur, natabit. |**graviora**| si aqua levior erit, corpus illud mergetur. — 5. |**si aquae**| si utraque aequa, exa-

mine pendebit. |**aequilibrium**| ita deprimant aquam, ut superficies eorum ad lineam respondeat superficiei aquarum. |**neutra**| lege. |**gestantur**| supra *exstabunt* (*exstabit*). — 6. |**conparatione**| sed respectu illius corporis, a quo sustinetur. |**vincitur**| nimirum pondere. |**in Vadimonis**| Plin. VIII, 24. — 7. |**vectabilis**| levis, portabilis. — 8. |**pinguis humor**| instar bituminis vel alterius materiae, a qua fiunt medicatae aquae. |**rivos**| exitus. |**coaluerunt**| acervata in margine aliquo cohaeserunt, cum principio nihil aliud essent quam spuma, tempore durescunt. — 9. |**praeclusa**| locos muliebres ita strictos, ut semen immissum accipere et tenere non possent. |**conceptum**| gravidas abortu prohibeant. |**pono**| censeo non ex fide prodita, fidem iis non habeo. |**vitiliginem**| *vitiligo* morbus peior scabie. |**foedam ex albo**| lepram. de sorore Moysis (Num. XII, 10). |**ex rore**| ex rore matutino per solem liquefacto, si in depressiore aliquo loco confluxerit et constiterit. — 10. |**pertinacia**| longinquitate saevi ac vehementis frigoris cogitur et concrescit. |**in se**| quasi reducitur in suam massam.

Cap. XXVI.

|**in Ponto**| circa Pontum Euxinum. |**mutabilis**| quia nimirum mollis, calida et ad omnia tractabilior, quam cum gelu adstricta sit. |**maiores**| in longinquo et nobis ignorato loco forte eodem tempore multum aquae coelestis cadit, quam supra satietatem combibens terra per secretos meatus rursus alibi emittit et nemine advertente ex ipso solo alvei flumina auget. |**reverberatur (reverberatus)**| si adversi venti per aliquantum tempus ipsi ori, quo in mare exit flumen, incubuere et fluctibus marinis, quos ordinarie percutit et impellit illabens amnis. |**illis fluctibus (?)**| [haec supervacua videntur] feritur ipse et impellitur retro nec potest decurrere (verba *illis fluctibus* sunt Gronovii et pertinent ad superiorem notam: verba „haec supervacua videntur“ adiecit ille, qui transcripsit Gronovii notas). |**fluctu**| marino. |**crescere**| augeri aquis a fonte allatis. |**quia non**| quia non datur ei excessus in mare. |**siderum**| inprimis solis. — 2. |**urgent**| sitiunt et plus humoris attrahunt. |**recesserunt**| tempore aestatis, cum sol est altissimus et remotissimus. |**quod inpendio (q. inpendi)**| quanto prius minuebantur, nempe viciniore sole, eo omni tum relicto nec attracto auctiores videntur. *inpendium* est detrimentum. |**specum**| in locum subterraneum vacuum sese condunt. |**consumuntur**| sensim angustiore et breviore alveo nulla apparente causa intercipiuntur. |**ex intervallo**| post intermissum spatium rursus emergunt in lucem. — 3. |**illo**| in illud vacuum subterraneum. |**secreto**| quamvis non conspicua, non cessaverunt progredi. |**solidi**| saxosi, duri. |**quae minus**| quae mollior erat, non tam contumax. Cic. Verr. V, 27(, 69). — 4. |**desideratus**| non visus. Strabo XVI(, 1, 21) et Plin. VI(, 27, 31). |**purgamenta**| sordes quasdam et spurcitias. |**quinta**| Sen. Herc. Fur. 840. |**victimarum**| Iovi et aliis Diis in panegyri Olympiaca immolatarum. |**secundo**| defluente nimirum. — 5. |**Doris**| mare Ionium. |**post magnum**| post multos annos fluxit purus et limpidus. |**foeda**| coenosus nescio quid impuri. |**eliquatus**| exoneravit se et rursus liquidum reddidit. — 6. |**Mylas**| locus, ubi Pompeius est caesus. |**fervetque**| eodemque tempore vehementer agitatur et taetrum odorem spirat. Plin. II, 98(, 101) |**inobservatum**| Dorum, qui vicina incolunt, observatione deprehensum et definitum non est. — 7. |**proxima**| propria nimirum cuique eorum. |**publica**| communis omnibus. |**omnis**| omnes lacus, stagna evomunt eiiciuntque vilia quaedam,

quae quietem aluere. |**cursus**| perennes fluunt. |**vitia**| non possunt adolescere corruptelae, quia nascentes vis profluens statim loco movet, discutit, abigit. |**non emittunt**| quae locum emissarium non habent, sed clausae coercent et continent, quidquid acceperunt semel. |**magis**| prout scilicet magis minusve laborandum habent ad se purgandas. |**purgatur**| ad littus agit, quidquid accepit impuri.

Cap. XXVII.

|**fatalis**| nimirum cum finis rerum erit per inundationem terrarum. |**externum** (**extremum**)| respectu mediterranei, quod est internum. |**elisa**| excludens siccitatem aestivam. |**deruat** (**eiciat**)| sic Mss. active usus videtur, quod alias neutrum. — 2. |**omnis ratio**| omnis copia aquarum velut conspiret. |**excita**| Virg. (A. I, 84) *totumque a sedibus imis Una Eurusque* etc. |**Ad originem**| in generando laborat modice et potentiam suam temperat dando rebus auctus tardos et, dum fiunt, vix animadvertendos. |**incrementis**| in titulo de Rerum divisione (Dig. I, 8. immo in titulo de adquirendo rerum Dominio Dig. XLI, 1, 7) incrementum est *alluvio* latens. — 3. |**ad puerperium**| fiat maturus partui. |**obnoxium**| infirmum ac facile laedi. |**Momento**| longo tempore opus est, ut stirpes tenerae alantur ad silvae amplitudinem, sed si ignem immitas, paucis horis combures. |**tutela**| Iustin. II, 1(, 6). quidquid est, ut supersit ac vigeat, magna cura tuendum est ac sustentandum. Plin. (II, Ep. 17, 4) *villae non sumptuosa tutela* (*Villa usibus capax, non sumptuosa tutela*). — 4. |**flexerit**| quantulumcunque remiserit huius providentiae et ordinis, id sufficit ad earum interitum. |**necessitas**| ille necessarius et inevitabilis dies. |**simul**| multae res concurrunt simul ad fatorum decreta peragenda. Petron. (c. 62, 9. *mota vi tota.* In Senecae loco scribendum: *multas simul fata causas movent*). |**imbres**| et ut causae causarum aquas excitant. |**sine ullis**| nulla interveniente serenitate continenter pendentia nubila coelum contristant. |**ex humido**| humidarum nubium densae tenebrae imminent nunquam flantibus ventis, qui exsiccant. sic *sole* dicebant veteres, cum bene splendebat sol; sic *vento* c. 28 (? sed cf. *austro* I, 2, 4. IV, 4, 3. *nubilo* I, 3, 3. al.). — 5. |**vitium**| hinc nitentia agrorum culta labem patiuntur et languentia culmos sine aristis, aristas sine granis educant. |**corruptis**| scilicet frugibus et hortensibus vitiatis obducuntur campi iuncis, arundine, musco et huiusmodi palustribus herbis. |**iniuriam**| mox et robustiora viridaria malo afficiuntur. |**solutis**| quia comprehendere terram et niti non possunt. |**pabula**| gaudent irriguis locis. |**sustinet**| ad solum refer. |**antiqua**| glandes. |**in his arduis**| in locis editioribus mansit. erecta, quia per saxa montium egit radices non ita mollia, diffluentia, ut merum terrenum. — 6. |**in imum**| terram interiorem. |**fundamenta**| aedium. |**desidunt**| convelluntur. |**titubantium**| tibicines ac ridicae labantibus parietibus applicantur. *titub.* scilicet omnium aedificiorum, tectorum. |**Omne e. firmamentum**| quia ipsum id, quod fulcire debet, non habet, quo nitatur, omnibus circa lubricis et natantibus et solo carentibus. |**congestae**| coacervatae durataeque innumeris annis liquefactae sunt. |**rapit**| secum vehit arbores infirmis radicibus nixas. |**resolutis** (**revolutis**)| abruptas lapidosorum montium partes deiicit et inter praecipitandum circumagit. — 7. |**abluit**| evertit subluendo casas et septa pastorum. |**in transitu**| nullo negotio, sine impetu, tantummodo dum transit. Caesar (B. G. I, 3, 1) *in itinere.* Trag. (Troad. v. 232) *iter est Achil-*

lis. |**oberrat** (**ab errat**)| circumcirca viribus et assultu utitur. |**inplicitos**| scilicet impeditos illis, quae pro munimentis se habere putabant. |**ruinam**| utrum superincidentibus terris, an suffocantibus aquis gravius vexentur. |**Auctus**| crescens eundo compluribus aliunde delapsis torrentibus sibi permixtis, quidquid in plano situm est, devastat. |**ruina**| velut victis triumphans tot gentibus excisis et quasi opima spolia ferculis portans nullo iam obstaculo exspatiatur. — 8. |**tempestatibus**| rapidiora tempestatibus. |**reliquerunt** (**reli n q u unt**)| lege. |**Quid**| qualem. |**torrens**| rapidus intra naturales fines. |**novas**| restagnantes, non contenti veteribus limitibus ruperunt aggeres et non singuli, sed omnes eodem tempore evagantur. |**campestria**| nam talia sunt fere, quae permeat, praecipue propius Oceanum. |**spatio**| ipsa dilatione: nam solent in angustiis, ut in fretis, magis saevire aquae. |**inplet**| neque uberes et abundantes habet. — 9. |**sollicitat**| in ipsa cacumina evadere conatur. |**madefacta**| soluta madore. |**promuntoria**| procurrentes in fluvium terrae partes. |**fundamentis**| labefactatis a stante terra divulsae, velut mobiles insulae, in Danubio feruntur. |**omnia**| utpote ubique occurrens obstansque sibi. |**in orbem**| retrovolvitur. |**vertice** (**v o rtice**)| continuo et in se regesto turbine. — 10. |**quod olim**| dubia aliquamdiu et spem rediturae serenitatis dantia nubila iam commutantur in iustas tenebras perpetuae noctis. |**intercussu** (**intercu r su**)| quia quati et quassari et torqueri fulmina dicuntur. Ovid. Met. XI (? v. 522. *Discutiunt tamen has* (tenebras) *praebentque micantia lumen Fulmina*). |**auctum**| nam antea et stante rerum natura non sentiebat mare accedentia flumina neque iis augebatur. |**angustum**| se capiens. |**promovet**| interius terram agit, profert c. 28(, 3). sic contra *submovere littus* pro agere interius mare. Horat. Od. II, 18(, 21). Plin. VI, 20(?). |**prohibent**| obstant ei decurrentes impetu furioso amnes et undas maris repellunt. |**pars t. maior**| torrentium. |**maligno**| non libere emittente. |**restagnat**| in latus et circumiecta vertitur. — 11. |**vada**| aquae breviores, inter quas possit incedi maiore corporis parte exstante. |**diremptum**| in diversis apicibus montium servati nequeunt coire et manum commodare mutuo auxilio. Tacit. Agr. c. 2 (*ademplo . . . commercio*). |**submissius**| quidquid vallium vel humilioris loci intererat. |**Editissimis**| Gron. Obss. IV. p. 42(?). |**perductis**| ultima mala experientibus. |**transierat**| ex formidine defixi et alienati torpebant. |**non vacabat**| novitas et magnitudo mali timorem verterat in spectaculum et admirationem. Flor. in bello Pyrrhi (I, 18. de *elephantis*). — 12. |**vim**| non potest urere et mordere (eum) cui magnitudo mali sensum ademit. |**sparsas**| faciunt credi plures. |**ingeniosissimus**| Ovidius (M. I, 292). |**nisi tantum**| et tamen cum omnia magna eum dicere pateretur et ingenii vigor et materiae sublimitas, levia quaedam et nullum pondus orationi adiectura puerili lascivia intexuit. Petron. princ. (c. 2, 2) *ludibria excitando* etc. — 13. |**Non est res**| non est sane divini, qualis poetam decet, furoris superflua et minuta otiose persequi in describendo orbis terrarum interitu. |**tantae**| substituit sibi in animo, finxit depinxitque speciem tanto tumultu dignam, quam exprimeret. |**cepit**| *capere* de pictoribus et artificibus. Gron. Obss. II, 101 (c. 3. p. 179 ed. Platn.). |**Natari**| quasi non natare diceretur, quidquid in aqua iactatur et volvitur, quamvis mersum. Haec Senecae reprehensio calva et insulsa. |**perfer**| eam retine nec elabi tibi patere. |**doceat**| nempe nihil humile, nihil plebeium.

Cap. XXVIII.

